Firmam poterimus in dicendo uocem conseruare: si q̄ maxime sedata & depressa uoce principia dicemus: non tñ īfima & inaudita: sed quæ possit pedetentim augeri. Leduntur arteriæ: si ante quam uox bene p mulsa est: acri clamore complentur. Et interuallis longioribus uti cōueniet. recreatur enim spiritu uox: & arteriæ conticendo requiescunt. Cōtinuumq3 clamorem emittere: & ad sermonem redire oportet pariter. Cōmutationes enim faciūt ut nullo genere uocis effuso in omni uoce integri simus. Et acutas uocis exclamationes uitare debem⁹: ictus. n. fit: & uulnerantur arteriæ acuta atq3 extenuata nimis acclamatione. Et siquis splendor est uocis: consumitur uno clamore uniuersus. At uno spiritu continenter multa dicere cōuenit in extrema oratione fauces enim calefiunt: & arteriæ complentur. Et uox: quæ uarie tractata est reducitur in sonum quendam æquabilem atq3 constātem. Conseruat uocem cōtinui clamoris remissio: Auditoremq3 maxime delectat uarietas. Et sermone. i. pronuntiationis suauitate aium eius retinet & exuscitat clamore. Acuta exclamatio uocem & fauces uulnerat: eadem lædit auditorem. habet enim quiddam illiberale: & ad muliebrem potius uociferationem q̄ ad uirilem dignitatem in dicendo accōmodatum. Ornata est pronūtiatio cui suffragatur uox facilis. magna. beata. i. plena & pfecta. flebilis. firma. dulcis. durabilis. clara. pura. secans aera. auribus sedens. Vox autem ultra uires urgēda nō est: nam & suffocatur sæpe: & maiore nisu minus clara est. Et interim elisa in illū sonū erūpit: cui græci nomē ab gallorū imaturo cantu dederūt. Nec uolubilitate nimia cōfundenda quæ dicimus: promptū sit os nō præceps. nihil. n. ordinatū est: qd præcipitaf & pperat: itaq3 uis illa dicendi rapida atq3 abundans (ut Seneca inquit) aptior est circulā

ti:q̃ agenti rem magnã ac seriã:docentiq;. Quid q̃ ne uoluptatem q̃/
dem ullam habet talis uerborũ sine delectu ruentiũ strepitus? Vnde
queadmodũ sapienti uiro incessus modestior cõuenit:ita oratio p̃ssa
non audax. Ponenda igit̃ uerba sunt:non proiicienda:& pedetentim
procedendum. Tamen moderatum sit os nõ lentum: Nec enim stil-
lare nec currere orator debet. Nam illa quoq; inopia & exilitas min⁹
intentum auditorem habet tædio interruptæ tarditatis. quæ res & dif
ficultatem inueniendi fatetur:& segnitia soluit aĩos. Spũs quoq; nec
crebro receptus cõcidat s̃niam. nec eousq; trahatur donec deficiat. nã
& deformis est consumpti illius sonus:quare longiorẽ dicturis perio
dum colligendus est spũs aliq̃tisper.

De motu Corporis.

Motus Corporis est gestus & uultus moderatio quædã:quæ p̃nũtianti
cõuenit:& p̃babiliora reddit ea quæ p̃nũciant. Cõuẽit igit̃ ĩ uultu pu
dorẽ & acrimoniã eẽ. Decor quoq; agestu atq; motu uẽit:ĩõq; Demo
sthenes grãde quoddã speculũ intuens componere actionẽ solebat.

Caput.

Præcipuũ uero in actione sicut in corpore ipso Caput ẽ:sit itaq; rectũ &
secũdũ naturam:nam deiecto humilitas:supino arrogantia:in latus ĩ
clinato langor. præduro ac rigente barbaria quædam mentis ostẽdi-
tur. Tum accipiat aptos ex ipsa actione motus:ut cum gestu concor-
det:& manib⁹ ac lateribus obsequatur. Aspectus. n. semper eodẽ uer-
titur quo gestus:exceptis quæ aut damnare aut concedere aut a nobis
remouere oportebit. ut idem illud uultu uideamur auersari:manu re-
pellere. ut Dii talẽ terris auertite pestẽ. Haud eq̃dẽ tali me dignor ho
nore. Significat uero caput ipsum plurimis modis:nã præter ãnuẽdi
renuẽdi cõfirmãdiq; mot⁹:sunt & uerecũdiæ & dubitatõis & admira
tionis & ĩdignatiõis noti & cões oĩb⁹. Sed freq̃ẽs eius nutus non ca
ret uitio:nã id iactare & comas excutiendo rotare phanaticum est.

Vultus.

Dominatur aũt maxime uultus. hoc supplices. hoc minaces. hoc blãdi.
hoc tristes. hoc hilares. hoc erecti. hoc sũmissi sumus. hoc pendent ho
mines. hunc intuenter:hũc spectant etiam ante q̃ dicamus. hoc quos-
dam amam⁹. hoc odimus. hoc plurima ĩtelligimus. hic est sæpe p̃ oĩ-
bus uerbis. Itaq; in his quæ ad scænã cõponunt̃ fabulis artifices p̃nũ-
tiandi a p̃sonis quoq; affectus mutuant̃:ut sit Niobe in tragœdia tri-
stis:atrox medæa. attonitus aiax. truculentus hercules.

Sed in ipso uultu plurimũ ualent ocu- Oculi.
li: per quos maxime animus emanat:ut citra motum quoq; & hi
laritate enitescant:& tristitiæ quoddam nubilum ducant. quin etiam

lachrymas iis natura mētis indices dedit: quæ aut erumpunt dolore: aut lætitia manant. Motu uero intenti remissi. superbi. torui. mites. asperi. languidi. mobiles fiūt quæ ut actus poposcerit fingentur. Nam aptos cōpressos ue eos i dicēdo qs nisi plane rudis & stultus habeat?

Supercilia.

Multū & sup̄ciliis agitur: nā & oculos formant aliq̄tenus: & frōti ip̄ant. Vitium in superciliis: si aut īmota sunt omnino. aut nimium mobilia. Ira autem contractis: Tristitia deductis: hilaritas remissis ostenditur. Annuendi quoq₃ renuendi ue ratione demittūtur: aut alleuantur.

Nares. Labra.

Narium frequens emunctio reprehenditur: labra male porriguntur. scinduntur. astringuntur. diducuntur. & dentes nudant. & in latus ac pene ad aurem trahuntur. replicātur: pendent. Lambere quoq₃ ea & mordere deforme est: Cū etiam in efficiendis uerbis modicus esse eorum debeat motus. ore enim magis q̄ labris loquendum est.

Ceruix. Collum.

Ceruicē erectā oportet eē: non rigidā aut supinā. Collū diuersa: sed pari deformitate contrahitur & tenditur. Sed tenso subest & labor: tenuaturq₃ uox ac fatigatur. Affixum pectori mentum minus claram: & quasi latiorem presso gutture facit.

Humeri. Brachia. Manus.

Humerorū raro decēs aleuatio atq₃ cōtractio ē. Brachii moderata p̄iectio. Manus uero sine q̄bus trunca esset actio ac debilis uix dici pōt quot mot⁹ hēant: cū pene ipsā uerbo₄ copiā p̄sequāt. Solēt itaq₃ inter alios gestus ad se manū referre: quū de se ipsis loquūt: & in eū quē demonstrent intendere. Manus cum sensu īcipiat: & deponatur: alioquī aut ante uocē erit gestus: aut post uocem: quod est utrumq₃ deforme.

Pectus. Venter. Latera.

Pectus ac uenter ne p̄iciātur obseruādū. pādunt. n. posteriora: & ē odiosa oīs supinitas. Latera cū gestu cōsentiāt. facit enim aliquid & totius corpis motus: adeo ut Cicero plus illo agi q̄ manibus ipsis putet.

Pedes.

In pedib⁹ obseruētur Stat⁹ & Incessus: p̄lato dextro stare: & eādē manū ac pedē proferre deforme est. In dextrū p̄cumbere interim datur: sed æquo pectore. Male ēt in sinistrū pedē insistentiū dexter aut tollitur: aut sūmis digitis, suspēditur. Pedis supplosio in loco ē oportūa. Est & illa īdecora in dextrū ac leuum latus uacillatio alternis pedibus īsistētiū. Rep̄hēdenda est & illa frequēs cōcitataq₃ in utrāq₃ partē mutatio.

Gratiarum Actio.

In laudationibus nisi funebres erunt. g̃rarum actio læta & magnifica &

sublimis erit. Funebres conciones tristes ac summissæ.

Pronuntiationis tres effectus.

Tria autē præstare debet pnuntiatio. Conciliet. psuadeat. moueat. Conciliatio fere aut cōmendatione moꝝ: q̄ nescio quomō ex uoce ēt atq; actiōe plucēt. Aut orōnis suauitate constat. Persuadendi uis affirmatione: quæ interim plus ipsis pbationibus ualet. Mouendi autem est ratio aut in repræsentandis aut imitandis affectibus.

Dicendi Initium.

Quum aliquis dicere de cā iusserit: leuiter cōsurgēdum: tū i cōponēda toga: uel si necesse erit ēt ex integro iniicienda: Paulū est cōmorandū ut & amictus sit decētior: & aliquid spatii ad cogitādū. Non enim pti nus est erūpendum: sed dāda breuis cogitationi mora. Mire nanq; au diturum dicturi cura delectat: seq; ēt ipse componit. hoc præcipit Homerus Vlyssis exēplo: quē stetisse oculis in terrā defixis imotoq; sceptro: priusq̄ illā eloquētiæ pcellā effunderet ait. In hac cūctatiōe sunt quædā nō indecētes moræ. Caput mulcere: manū itueri. istrigere articulos. simulare conatū: suspiratione sollicitudinem fateri.

Status.

Stat⁹ sit rectus: æqui & diducti paulū pedes: uel pcedēs minimo momēto sinister: Gēua recta: sic tñ ut nō extēdant̄. humeri remissi: Vultus seuerus nō mœstus: nec stupēs: nec lāguid⁹. Brachia ab latere modice remota. Dextra quū iā icipiēdū erit paulū plata ultra sinum. Vitiosum est intueri lacunaria: perfricare faciem: Vultum quo sit magis torus supercliis astringere. Capillos a fronte cōtra naturā retro agere. Demū norit se q̄sq;: nec tātū ex cōmunibus præceptis: sed ēt natura sua capiat cōsilium formandæ actionis.

Discendum esse Tit. xv.



Quid autē stultius est (īquit Seneca ad Luciliū epistola. lxxvii.) q̄ qa diu nō didiceris: nō discere? Oīs ætatis hoīes hæc schola admittit. In hoc senescam⁹: & iuuenes sequāur. in theatrum senex ibo: & ī circū deferar: & nullū par sine me depugnabit: ad philosophū ire erubescā? Tādiu discendū est: q̄diu nescias: si pūerbio credimus q̄diu uiuas. Et epistola. l. ait. Dociles natura nos edidit & rationem dedit imperfectam. sex quæ perfici possit. Epistola uero. Li. sic: Sed nec indurata despero: nihil est quod non expugnet pertinax opera: & intenta ac diligens cura. Itaq; cogēda est mens: ut incipiat. In epistola. lxxxxv. sic: pars uirtutis disciplina constat: pars exercitatiōe: & discas oportet: & quod didicisti agendo cōfirmes. Epistola quoq;. vi. sic: Ego uero cupido in te omnia transfundere: & in hoc gaudeo aliquid discere ut doceam. Nec me ulla res delectabit: licet eximia sit & salutaris: quam mihi uni sciturus sum. Quintilian⁹ autem lib. ii. pueros uult

ediscere electos ex orationibus uel historiis:alio quoq; genere digno-rum uoluminum locos. Hieronymusq; in aureola inquit: Cuidam fratri, qui hebreis crediderat: me in disciplinam dedi: ut post Quītiliani acumia: grauitatēq; frōtonis Ciceronisq; fluuios & lenitatē Plynii Alphabetum discerem: stridentiaq; & anhelantia uerba meditarer. Quid ibi laboris sumpserim: Quid substiuerim difficultatis: Quotiēs desperauerim: & contentione discendi rursus inceperim. Testis est consciētia tam mea qui passus sum: q̄ eorum qui mecum duxerunt uitam. Et gratias ago domino: q; de amaro semine litterarū dulces fructus capio. At Horatius in arte poetica sic Cur nescire pudens praue q̄ discere malo? Et idem Hieronymus in aureola: Crates ille thebanus homo quōdam ditissimus: quum ad philosophandum athenas pergeret magnum auri pōdus abiecit: Nec putauit se simul uirtutes & diuitias possidere posse. Quintilian⁹ uero li. i. ita scribit: Plato, nō contentus disciplinis: q̄s præstare poterāt athenæ nō pythagoreoꝝ ad quos in Italiā nauigauerat: Aegypti quoq; sacerdos adiit: atq; eorum arcana pdidicit. Vtq; Laertius ait: Interrogatus aristoteles quo differrent docti ab indoctis: inquit quo uiuentes a mortuis.

Studendi modus. Tit. xvi.

IN hoc me recōdidi & fores clausi (inquit Seneca ad Lucilliū) ut prodesse pluribus possem. Nullius mihi p ocium dies exit. partes noctiū studiis uendico. Nō uaco somno: sed succūbo: & oculos uigilia fatigatos: cadentesq; in ope detineo. Secessi non tantum ab hoībus: sed etiam ab rebus: & primum ab rebus meis. posterorum negocium ago. Illis aliqua quæ possint prodesse conscribo: Epistola autē. Cy. sic: Incipio toto animo studere: Nō multum ad hoc locus confert: nisi se sibi præsta. animus. qui se certum & in occupationibus mediis si uolet habebit. Inter studia uersandum est & inter autores sapientiæ: ut quæsita discāus nondum inuenta quæramus. In epistola. cxxiii. sic: Siquis cū ipse (ut ita dicā) die surgat: officiosior melior q; q̄ siquis illum expectat: & lucem primā exuit. Turpis qui alto sole semisomnis iacet: cuius uigilia in medio die incipit: & adhuc multis hoc ante lucanum ē. Catulus deniq; apud Ciceronem li. ii. de oratore ait: Gaudeo iudicium animi mei comprobari: q; semper statui: Neminem sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio & labore & doctrina consequi posse.

Lectio qualis. Tit. xvii.

PRimum argumētum compositæ mentis (ait Seneca ad Lucillium Epistola secunda) Existimo posse consistere: & secum morari: Illud autem uide: ne ista lectio multorum autorum. & omnis generis uoluminū habeat aliquid uagum & instabile.

Certis ingeniis immorari & innutriri oportet:si uelis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusq̃ est qui ubiq; est. In peregrinatione uitam agentibus hoc euenit:ut multa hospitia habeant:nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis: qui nullius se ingenio familiariter applicant:sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non ꝓdest cibus:nec corpori accedit: qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatem impedit q̃ remediorum crebra mutatio. Non conualescit planta:quæ sæpius transfertur. Nihil tam utile est: quod in transitu ꝓsit. distrahit librorum multitudo: Sed modo etiam iquis hunc librum euoluere uolo:modo illum. fastidientis stomachi est multa degustare:quæ ubi uaria sunt & diuersa:coīquinant non alunt. Et quum multa percurreris:unum excerpe:quod illo die concoquas. Hoc ipse quoq; facio:ex pluribus quæ lego aliquid apprehendo. Epistola uero Cẽtesima nona sic. Illud tamen prius scribam: quemadmodum tibi ista cupiditas discendi, qua flagrare te uideo digerenda sit:ne ipsa impediat. Nec passim carpenda sunt:nec auide inuadenda uniuersa:per partes peruenitur ad totum. Aptari onus uiribus debet: nec plus occupari quam cui sufficere possimus. non quantum uis: sed quãtum capis hauriendum est. Quo plus recipit animus hoc se magis laxat. hæc nobis præcipere Attalum memini:quum scholam eius obsideremus:& primi ueniremus:& nouissimi exiremus. Epistola item. xlv. sic: Lectio certa prodest:uaria delectat: Qui quo destinauit peruenire uult:unam sequatur uiam: non per multas uagetur. Non ire istud sed errare est. Quintilianus uero libro. i. sic: Institutum est ut ab Homero atque Vergilio inciperet puer:quamquam ad intelligendas eorum uirtutes firmioris iudicio opus est. Sed huic rei superest tempus. neque enim semel legentur. Vtiles tragœdi. Gomœdia æque plurimum conferre ad eloquentiam potest: Cum per omnes & personas & affectus eat. Est in Tragœdiis uerborum grauitas. in Comœdiis elegantia. Cicero ut mihi quidem uidetur & iucundus incipientibus quoq; & apertus est satis. Nec prodesse tantum sed amari potest. Lectio imprimis sit uirilis & cum suauitate quadam grauis. & non quidem prosæ similis:quia carmen est. & se poetæ canere testantur. Non tamen in canticum dissoluta. nec plasmate:ut nunc a plerisq; fit effœminata. De quo genere. C. Cæsarem prætextatum accipimus. dixisse: Si cantas male cantas. si legis cantas. Præterea in lectione demonstrari oportet. puer ut sciat ubi suspendere spiritum debeat. quo loco uersum distinguere:ubi claudatur sensus. Vnde incipiat. quando attollenda uel submittenda sit uox. quid quoq; flexu. quid lentius celerius concitatius lenius dicendum.

Discipulorum officium. Tit. xviii.

ET docẽti & discẽti debet esse ꝓpositũ (auctore Seneca episto-
la. Cuius.) ut ille ꝓdesse uelit: hic ꝓficere. Qui ad philosopho
rũ scholas quotidie uenit secũ aliqd boni ferat. Quidã ueni/
unt ut audiãt nõ ut discãt. Epistola uero. liii. sic. Eligam⁹ eos q
uitã doceãt: quiquũ dixerint qd faciẽdũ sit: ꝓbant faciendo. q docent
qd uitandũ sit: nec unq̃ in eo quod fugiendũ dixerint deprehẽdunt.
Eum elige adiutorẽ quẽ magis admireris quũ uideris q̃ quum audie
ris. Audiendi autem sunt præceptores. Plynius enim Iunior inqt Sed
legendi semp occasio est: audiendi non semper. Præterea multo ma-
gis ut uulgo dicit uiua uox afficit: nã licet acriora sint quæ legas: alti⁹
tñ in aĩo sedent: quæ pronunciatio uultus habitus gestus ét dicentis
affigit. Circũspiciendus autem præceptor est: cuius scholæ seueritas.
pudor ĩprimis castitas constet. a quo mores primum: mox eloquenti
am discas: quæ quidem male sine moribus discitur. Minores autem
præceptores: ut & Quintilianus asserit: Min⁹ docent & peius. Erit eti
am obscurior quo quisq; deterior. Tradendus igitur puer optimo
cuiq; præceptori. Nam apud eum discipuli quoq; melius instituti aut
discent quod inutile non sit imitari: aut siquid errauerint statim corri
gentur. At indoctus ille etiam probabit fortasse uitiosa. & placere au
dientibus iudicio suo coget. Hieronymus autem in aureola: Lædit
discipulus magistrum si per negligentiam suam præcepta: eiusq; labo
rem disperdat. Nec te ipse doceas. nulla ars absq; magistro discitur: Fe
stino igitur gradu pergamus ad magistros: & eorum teram⁹ limina.
Seneca epistola septima: Cum his uersare: q te meliorem facturi sunt.
Quintilianus lib. ii. Plura de officio docentium locutus: discipulos in
unum interim moneo: ut præceptores suos non minus q̃ ipsa studia
ament. Et parentes esse: non quidem corporum sed mentium credãt.
Multum hæc pietas confert studio: Nam ita & libenter audient: & di-
ctis credent. Ex iudicio præceptoris Discipulus pendeat: atq; ipse di
xisse recte quod ab eo probabitur credat. Vultum præceptoris intue-
ri tam qui audiunt debent: q̃ ipse qui dicit. ita enim probanda atq; im
probanda discernent. Id autem omne fere Quintilianus a Cicerone
mutuat⁹ est. ait enim ille ad filiũ scribens epistolam: Non minus præ-
ceptorẽ amare habes q̃ ipsa studia: Cũ ipse alter existat pater: nõ dico
corporum sed mẽtium multo magis illis excellentium libenter uelis
audire & dictis credere: & illi ut similis fias desiderare: & tandem in
ter alios studentes te lætum & alacrem reddere. Et si quando emen-
deris non te irasci. & si lauderis te inde clariorem studio præberes
quia præceptoris officium est docere. Discipuli uero est se docilem

reddere:quū opus sit. Iuuenalis deniq; satyra septima īq̄t: Dii maiorū umbris tenuā & sine pondere terrā: Spirantesq; crocos:& in urna ppetuum uer. Qui præceptorem sancti uoluere parentis Esse loco. Metuens uirgæ iam grandis achilles Cantabat patriis in montibus:& cui non tunc Eliceret risum citharœdi cauda magistri. Sed Ruffum atq; alios cædit sua quæq; iuuentus. Quod quidem ualde nefarium. Vt enim Boetius ait. Non est dignus scientia:qui scientiæ insurgit præceptori. nec discentis interest probris & contumeliis regentem afficere. hinc Diogenes cynicus (ut Laertius scribit) Athenas profectus:quum Antisthenem conuenisset:Eumq; ille reppelleret. quippe ex constituto suo neminem recipiebat. Vicit perseuerantia sua: Illo siquidem aliquando intentante baculum subiecto capite cæde inquit. Non enim ita durum baculum reperies: qui me abs te quamdiu aliquid dixeris arcere possit. hinc iam auditor illius factus est. Fugienda sunt uitiosorum consortia. pessima nanq; permixtio est studentibus cum dissoluto & improbo. Discipulus ueniēti magistro assurgat: Caput inclinet: eumq; si iubeat assequatur. Ferat & secum cædulas ubi lectionum dubia scripta sint & præceptorem interroget. Attentus esse discipulus debeat ad audiendum: Docilis ad intelligendum. Non sit autem scholastic⁹ Discholus: idest a schola discors uel diuersus: ac diuisus. Discholus enim dicitur qui per uicos. plateas componas. lupanaria. spectacula publica. choreas. conuiuiaq; discurrit. Ante omnia Grammaticæ præcepta discenda sunt: per eam nanq; studiorum omnium liberalium possessio iucunda reddit ura redditur. Vnde &. M. Tullius teste etiam Quintiliano Artis grammaticæ diligentissimus fuit. Et in filio (ut in epistolis apparet) Recte loquendi asper quoq; exactor est. nā Grammatica quædam professio est: quæ nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit: quicquid superstruxeris corruet. necessaria pueris. iucunda senibus. & quæ uel sola omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis. Hic grāmatices amor & usus lectionis non scholarum tēporibus: sed uitæ spatio terminatur: ut idē Quītilianus ait. Rhetoricæ quoq; lepos omnino haberi debet: nam eloquētiæ studiosi: ut Cicero scribit tenere possunt hominum cœtus: mētes allicere: uoluntates impellere quo uelint:& unde uelint deducere. hac enim cohortamur. hac persuademus. hac consolamur afflictos. hac cupiditates iracundiasq; restinguimus. hæc nos urbium societate deuinxit. hæc a uita immani & fera homines segregauit. Nihil enim admirabilius quam res splendore illustrata uerborum sententiarūq;. Prudentis quoq; discipuli est sodalem habere: nubila nanq; existente fortuna diligenter eum fouebit. Vrgenteq; morbo sedulum se exhi-

bebit. Optimæ ualitudinis tempore libellis uicissim gaudebunt: & io-cis quibusdam: plurimum deniq; alter alteri conferet. Pecunia parce impendi debet: illa quippe deficiente ipsam non sine pudore patriam repetere opus esset. Quidam uero habendi quos doceas: alios nanq; docere est proprie facultati indulgere: ut Boetius asserit: hinc Seneca etiam epistola. vii. iquit. Cum his uersare qui te meliorem facturi sūt: Illos admitte quos tu potes facerē meliores. Mutuo ista fiunt: & homines dum docent discunt. Præterea nō debet discipulus magistro præsente licet summa familiaritate coniūctus nisi iussus quid dicere. Qui enim moderatur labia sua prudentissimus est: ut Sapiens ait. Hinc Zeno philosophus Inepta plurima loquenti adolescentulo iccirco iquit: aures habemus duas: & os unum ut plura audiamus: loquamur pauca. Nemo autem stultus tacere potest: ut Solon ait. Et Sapiens inquit: Stultus quoq; si tacuerit sapiens reputabitur. & si cōpresserit labia sua intelligens: Velit autem discipulus ac debet ubicunq; præceptoris laudes referre: sic enim & præceptori & audientibus gratior fiet.

Præceptoris officium. Tit. xviiii.



ILlos admitte quos tu potes facere meliores inquit Seneca epistola. vii. Lædit enim discipulus magistrum ut ait Hieronymus: Si per negligentiam suam præcepta eiusq; laborem disperdat: utq; docet Quintilianus: Sterilia nullo labore uincūtur. Hinc pythagoras (teste Gellio li. i.) Deinceps familiā successionis eius a principio adolescentes: qui sese ad discendum obtulerant per naturæ indicia pensiculabat. i. mores naturasq; hominum coniectatione quadam de oris & uultus ingenio. deq; totius corporis filo atque habitu sciscitabatur: Tum qui exploratus ab eo idoneusq; fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. Hieronymus præterea in aureola sic: Magister quoq; discipulum corripit: quem ardentioris cernit ingenii. nam medicus si curare cessauerit desperat. Sed ne glorieris: q multos discipulos habeas. filius dei docuit in iudæa &. Xii. tantum apostoli illum sequebantur. pharisæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat. Nullius personam accipias: q̄tumcunq; sit potens uel nobilis. si peccauerit corripe eum. Vera enim amicitia: quæ sentit dissimulare non debet. Sicut uictoria domini triumphus seruorum: sic magistri eruditio discipulorum profectus. nisi enim caput sanum sit omnia membra erunt in uitio. Loquuntur quæ nesciunt: docent quæ non didicerunt. Magistri fiunt cum discipuli ante nō fuerint. Sed nec ad scribendum cito prosilias: & leui ducaris insania. multoq; tempore disce

quod doceas. Conuersatione tua magis quam sermone proficiant. Reuera nihil fœdius præceptore furioso: qui dum debeat esse mansuetus & eruditus: econtra torto uultu trementibus labiis rugata fronte. effrenatis cõuiciis facie inter pallorem: ruboreq; uariata clamore perstrepit. & errantes non tam ad bonum trahit: q̃ ad malum sæuitia sua præcipitat. Quintilianus uero lib. ii. Maior adhibenda tamen cura est: ut teneriores ãnos ab iniuria sanctitas docẽtis custodiat: & ferociores ab licentia grauitas deterreat. Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animũ: ac succedere se in eo℞ locũ a quibus liberi sibi tradãtur existimet. Ipse nec habeat uitia: nec ferat. Non austeritas eius tristis. nõ dissoluta comitas: ne inde odium: hinc cõtemptus oria tur. Plurimus ei de hõesto ac bono sermo sit: nam quo sæpius monuerit: hoc rarius castigabit: Minime iracũdus: nec tamẽ eorum quæ emẽdanda erunt dissimulator. Simplex in docẽdo patiens laboris: assidu⁹ potius q̃ imodicus. Interrogantibus libẽter respondeat: nõ interrogãtes percontetur. In emendãdo, quæ corrigẽda erunt nõ acerbus: minimeq; cõtumeliosus. nam id quidem multos a ꝓposito studẽdi fugat. ꝙ quidam sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid imo multa quotidie dicat: quæ secũ auditores referãt. licet. n. satis exẽplario℞ ad imitãdũ ex lectiõe suppediret. tñ uiua illa ut dicit uox alit plẽi⁹. præcipueq; eius præceptoris: quem discipuli si modo recte sunt instituti & amant & uerentur. Vix autem dici potest: q̃to libẽtius imitemur eos: quibus fauemus. Sed se quoq; præceptores intente ac modeste audiri uelint. Pueros adolescẽtibus ꝑmixtos sedere nõ placet mihi. nã ẽt si uir talis (qualẽ eẽ oportet) studiis moribusq; præpositus modestã habere põt etiã iuuẽtutẽ: tamẽ uel ĩfirmitas ab robustioribus separãda est. & carẽdũ nõ solũ crimine turpitudinis: uerum ẽt suspicione. At siquis est qui flagitia mãifesta in eligendo filii præceptore nõ uitet. Iã huic sciat cætera quoq;: quæ ad utilitatem iuuẽtutis componere conamur esse sibi hac parte omissa superuacua. Iucundus tñ maxime debet esse præceptor: ut qui natura sunt asperi molli manu leniãtur. laudare aliqua: ferre quædã. Facto silẽtio unum aliquẽ (qđ ipsum impari per uices optimũ est) cõstituere lectorem: ut protinus ꝓnũtiationi quoq; assuescãt. Præceptor frequẽter interrogare debet: & iudicium discipulorum experiri: nam quid aliud agimus docendo eos: quam ne semper docendi sint. Imbecillibus tamen ingeniis sane sic obsequendũ sit: ut tãtum in id quod uocat natura ducãtur. ita enim: quod solũ possunt melius efficient. Nullum præterea magister expectare ultra debiti temporis spatium debet. Ille enim desidior fieret: secus autem maturius festinabit. Et licet in scholis rigidus esse debeat: ingressu tamen affabilis

erit. Pueris uultum benignum præbeat, parētibusq; eorum benignio rem affatum: docendiq; aditum spondeat benignissimum. sic enim non solum puerorum corda mulcebit: uerum etiam a parentibus pecuniam facilius exiget. nam ut Cicero in officiis ait: Difficile dictu est quantopere conciliet animos comitas: affabilitasq; sermonis. Ludendi spatium tempestiue concedat. nam relaxare animi: & dare se iucunditati uolunt: Monendiq; tamen caueant intemperantiam: meminerintq; uerecundiæ: ne uoluptate elati: in aliquam turpitudinem dilabantur. Molles caute eiiciat: ne cæteri quoq; inficiantur. nam alter alterum in uitia trudimus: inquit Seneca: Malignusque comes: quanuis candido: & simplici rubiginem suam affricuit. Vnumq; exemplū luxuriæ multum mali facit. Socrati. Platoni & Lælio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset. Nos enim ipsi teste philosopho: Quia magis ad uoluptates procliui sumus. icci rco facilius ad intemperantiam: q̄ ad modestiam inclinamur.

Præceptoris Contubernium utile esse. Tit. xx.

Zenonem Cleantes (inq̄t Seneca epistola. vi.) non expressisset: si eum tantummodo audiisset. uitæ eius interfuit: secreta perspexit, obseruauit illum: an ex formula sua uiueret. Plato & Aristoteles & omnis in diuersum itura sapientium turba plus ex moribus q̄ ex uerbis Socratis traxit. Methrodorum & Hermarchum: & Polienum magnos uiros non schola Epicuri: sed contubernium fecit. Boetius quoq; discipulos admonet: si possint cum præceptore cohabitent. magis enim ita castigantur: eumq; sæpius interrogare poterūt. Et Hieronymus in aureola inquit: Nec te ipse doceas. nulla ars absq; magistro discitur. Festino igitur gradu pergam⁹ ad magistros: & eorum teramus limina. Seneca idem epistola. vii. Cum his uersare: qui te meliorem facturi sunt. Marcus Tullius in Lælio. Ego autem a patre: ita eram deductus ad Scæuolam: sumpta uirili toga: ut quoad possem & liceret a senis latere nunquam discederem. Itaq; multa ab eo prudēter disputata: multa etiam breuiter & cōmode dicta memoriæ mandabam. fieriq; studebam eius prudentia doctior.

VOCVM Proprietas. Tit. xxi.

Ex Donato.



Omonyma dicunt quæ una appellatiõe plura significãt. Vt nepos: acies. Synonyma: uel polyonyma dicuntur plura idem significantia. Vt terra: humus: tellus: ensis: mucro: gladius.
Alter de duobus dicitur.
Alius de multis.
Quis & hic pronomina præpositiua sunt. Is & Idem subiunctiua.
Hic hæc hoc demonstratiuum est notat enim rem præsentem.
Is: ea: id: relatiuum est; nam rem absentem significat.
Ad amicum uado.
Apud amicum sum.
Forma imobilis est: & naturalis.
Vultus mouetur: & fingitur. Ter. i and. forma & uultu Sofia adeo modesto: adeo uenusto: ut nihil supra.
Modestus ad probitatem uultus: & morum pertinet.
Venustus ad naturam corporis.
Damnum rei est.
Malum ipsius hominis. Ter. in and. quid facias illi: quid dederit damnum aut malum.
Segnitia ad agendum dicitur.
Secordia ad considerandum. Ter. i and. Nihil loci est segnitiæ neq; secordiæ.
Exanimatus est perturbatus.
Exanimus mortuus dicitur.
Solicitudo est quæ inhæret mẽtib⁹ Sollicitatio quæ ab alio fit
Oramus quæ bona sunt.
Supplicam⁹ in aduersis: uel cum lachrymis.
Expectamus tam bona q̃ mala.
Speramus bona.
Coram ad certas personas refert.
Palam ad omnes. Coram indiget adiectione. palam nõ indiget. nã generaliter dicitur.
Dispicere est disquirere consilium. Ter. in and. Iam aliquid dispiciã
Despicere deorsum aspicere.
Amicus animi est.
Amator uero corporis.
Confidentia interdũ in bona significatione: interdum in mala ponitur.
Fiducia uero semper in bona.
Gaudemus nostris.
Gratulamur alienis:
Sempiternum ad deos.
Perpetuum proprie ad homines ptinet.
Prudens est qui intelligentia sua aliquid sentit.
Sciens qui alicuius indicio rem cognoscit. ergo prudens per se: Sciens per alios. Ter. in eu. Et prudẽs & sciẽs Viuus: uidensq; peo.
Falsum est fictum mendacium: simile ueritati.
Vanum nec possibile: nec uerisimile. Teren. i eu. Sin falsum: aut uanum: aut fictum est.
Falsum loqui mendacis est; Fictum callidi. Vanum stulti.
Falsis decipimur. Fictis delectamur Vana contemnimus.
Expectatio certorum est.

Spes uero incertorum.
Expectatio propinquarum rerum.
Spes loginquarum.
Expectatio destinat tempus.
Spes non destinat.
Ducitur quis ad supplicium.
Deducitur in letitiam.
Cura mentis. Curatio medicinæ.
Abducimur unde nolumus.
Ducimur quo uolumus.
Oscula officiorum sunt.
Basia pudicorum affectuum.
Suauia libidinum uel amorum.
Prædicamus ut res sunt.
Laudamus extollimus. Ter. In eu. prædicem. aut laudem:
Statura corpori ascribitur.
Status ad habitū refertur ergo Status est scænici: Statura longitudo corporis.
Putamus instantia
Reputamus præterita.
Credere dubitantis est
Certum esse fidentis.
Tacemus consilia.
Reticemus dolores.
Obticemus quorum nos pudet.
Commendamus nos cognitis
Committimus ignotis. Ter. In eu. Ego me tuæ commendo: & cō. mitto fidei.
Inuenire sapientis est.
Incipere audacis.
Perficere constantis.
Consilium animi est.
Factum corporis.
Successus fortunæ: hec tria sunt in hominum uita.
Festiuitas in dictis.
Facilitas uero in animo & factis.
Donum diis datur. Munus hominibus.
Præmium uiris fortibus.
Donum uoluntarium est.
Præmium debetur.
Munus tam ante factum q̄ post factum datur.
Præmium non nisi post factum est.
Insulsus sine sale & sapientia: aut sine saltu.
Fatuus inepta loquens.
Insulsus est corde & animo.
Fatuus uerbis & dictis. Te. in eu. fatuus est: Insulsus: tardus.
Ius est quod omnia recta & inflexibilia exigit.
Aequitas est: quæ de iure multum remittit.
Ducimus uolentes
Abducimus inuitos.
Orare est placidos petere.
Obsecrare iratos rogare. Ter. i adel. Venit ipsus ultro lachrymans orans: obsecrans.
Torquemus hominem.
Extorquemus ueritatem.
Obnuntiat qui malam rem nuntiat. Nam proprie obnuntiare dicuntur augures qui aliquid mali ominis: sæuumq; uiderint.
Annuntiat qui bonam rem nūtiat.
Erratio est pecudum.
Error animi est: & loci i quo errat.
Circumspicimus præsentia.
Prospicimus futura.
Ira ex causa est.
Iracūdia ex uitio multū irascentis.
Ridet qui simpliciter ridet.
Deridet qui cum alterius irrisione & contemptu ridet.

Clæmens animo est.
Placidus uultu.
Clæmentis est nullum ledere.
Placidi est arridere omnibus.
Tristis animo dicitur.
Truculentus uultu.
Tristis qui dolet.
Truculentus qui terret.
Adiutores in re bona dicuntur.
Impulsores in re mala.
Fidus est amicus.
Fidelis est seruus.
Fidi in maximis.
Fideles in minoribus negociis.
Metuimus eos:qui nos amant.
Timemus etiam inimicos.
Sapis a:sapientia.
Ineptis ab ineptia dicitur.
Orator est dum rogat.
Exorator quum impetrauerit.ē etiam orator:cui causa defendenda mandatur.
Monemus consilio.
Hortamur impulsu.
Agere est aliquid uel necessarium facere.
Agitare uoluntarium.
In rem:In utilitatem.
Ab re:contra utilitatem. Ter.in hecyra.Ita dii deæq; faxint:si i rem est Bacchidis.
Expostulatio querela : sed proprie apud illū ipsum qui peccauerit.
Postulatio.quærela apud alium de peccante.
Mereri bona dicimus.
Commereri mala.
Scimus manifesta.
Rescimus occulta.
Agit qui iustam rem dicit.
Orat qui animo demisso precatur: ut quasi beneficium præstetur.
Segregari proprie a meretrice dicitur.
Disiungi ab uxore.
Rescimus ex alio.
Scimus etiam per nostram opinionem.

Ex Aulo Gellio.

Marspiter mars pater.
Diespiter Iuppiter diei & lucis pater.
Annales omnino id sunt:quod historiæ.
Historiæ nō omnino id sunt:quod annales.q̄uis utrūq; sit rerum gestarum narratio.
Historias esse aiunt rerum gestarū uel expositionem uel demōstrationem.
Annales uero esse:quum res gestæ plurium annorum:obseruato cuiusq; anni ordine:deinceps componuntur.
Diarium quod græce εφημερισ dicitur quum non per annos:sed per dies singulos res gestæ scribuntur.
Offendere significat incurrere in aliquid:& incidere.
Defendere auertere atq; depellere Q.Claudius:a pinnis hostes defendebant facillime.
Quartum consul:tempus assignificat:& ter ante factum.

Quarto consul locum assignificat: ac tres ante factos.
Populus omnem partem ciuitatis: omnesq; eius ordines continet.
Plæbs uero ea dicitur: in qua gētes ciuium patritiæ non in sunt.
Die quarto de preterito dicimus.
Die quarte aut Die quarti quæ pro aduerbio copulate dicta sunt de futuro dicimus.
Mentitur qui non fallitur: sed alteꝝ fallere conatur.
Mendacium dicens: ipse fallitus.
Cum populo agere est rogare quid populū quod suffragiis suis aut iubeat: aut uetet.
Cōcionem cum populo habere: est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.
Præda dicuntur corpora ipsa rerum quæ capta sunt.
Manubiæ uero appellatæ sunt pecunia a quæstore ex uenditiōe prædæ redacta.
Templa appellabantur loca per augures cōstituta: ī qbus senatuscōsultū fieri iure poterat: secus enim iustū nō fuisset. Nec omnes ædes sacræ templa erant: ac ne ædes q̄dem uestæ templum erat.
Properat ille q unum quid mature transigit.
Festinat ille: q multa simul icipit neq; pficit. Dicitur autem festinare quasi fessum eē: Nam q multis simul rebus properandis defessus est: is iā nō properat: sed festinat.
Rhythmus.i.modulus.
Numerus ordo pedum dicitur.
Melos.i.modulatio cātus.
Intolerantia est: quum iniurias quæ sunt ferendæ nō toleramus: neq; ferimus.
Incontinentia est: quū a qbus rebus uoluptatibusq; nos tenere debemus non tenemus.
Vani proprie dicūtur: nō ut uulgus dicit: desipientes aut hebetes aut īeptit: sed ut ueteꝝ doctissimi dixerunt: mēdaces & īfidi: & leuia inaniaq; p grauibus & ueris astutissime componentes.
Stolidi autē uocant: non tam stulti & excordes: q̄ tetri & molesti & illepidi.
Porcetra quæ semel peperit dicitur.
Scrofa uero quæ sæpius.
Matrona dicta est proprie: quæ ī matrimonium cum uiro conuenisset: q; i eo matrimonio maneret etiam si liberi nōdum nati forēt. dictaq; ita a matris noīe: nō adepto iam: sed cū spe & omine mox adipiscendo: Vnde ipsum quoq; matrimonium dicitur.
Mater autem familias appellata est ea sola: quæ ī mariti manu: mācipioq; aut ī eius ī cuius marit[9] manu mācipioq; esset: quoniam nō in matrimoniū tantū: sed in familiam quoq; mariti, & in sui heredis locum uenisset.
Vena est conceptaculum sanguinis mixti consusiq; cum spiritu naturali: in quo plus sanguinis est: minus spiritus.
Arteria est conceptaculū spiritus naturalis mixti confusiq; cū sanguine in quo plus spiritus est: minus sanguinis.

Pulsus autem est intentio motus:& remissio in corde & in arteria:naturalis non arbitrarii. Vel aliter pulsus est subsultio & palpitatio uel ebulitio uenæ & arteriæ.

Ex Asconio Pediano.

Templa esse dicunt singulorum locorum diis attributorum.
Delubra loca esse multarum ædiũ sub uno tecto a diluuiõ pluuiæ munitarum. Alii delubra dicunt ea templa:in quibus nunc delubra corporum abluẽdorum:more dodonei iouis; aut apollinis delphici In quorum delubris lebetes tripodesq; uisuntur.
Subsellia tribunalia sunt triumuirum quæstorũ:& huiusmodi minora iudicia exercentium:q non in sellis curulibus:nec tribunalibus sed in subselliis considebãt.
Dies fœminino genere tempus: & ideo diminutiue Diecula dicitur breue tempus & mora. Dies horarum.xii.generis masculini est: Vnde hodie dicim⁹ q̃si hoc die.
Oppugnare inimici & hostis officium est.
Prodere graui⁹:quũ ad eos qa mici esse debẽt refertur hoc uerbũ.
Aperte ad uerba pertinet non obscura.
Palam ad præsentium multitudinem:& qualitatẽ frequẽtis loci.
Intelligitur aliquid argumentis.
Animaduertitur sensibus præsenti animo utentibus:
Argumentari est argumẽtis uti ad rem probandam.
Dicere est amplificatione uti ad rẽ ad delectandum cõmouendum q; oratorem oratione perpetua.
Nefandum est non fandum.
Nefarium quod sacra polluit: farre pio solita celebrari; ergo nefarii sacrilegi.
Taciensis una romanorum tribus: a Tacio rege.
Ramnes altera:ab romulo.
Luceres alia:a lucro monte siue lucretino:siue a luco:quem lucum asylum uocauerat romulus.
Improbus contra leges.
Inofficiosus contra merita.
Inhumanus contra pietatem.

Ex Macrobio.

Prudentiæ est ad rationis normam quæ cogitat:quæq; agit: uniuersa dirigere: ac nihil præter rectũ uel laudabile facere.
Prudentiæ insunt:ratio: intellectus circũspectio:prouidentia: docilitas:cautio.
Fortitudinis est:animũ supra periculi metũ agere: nihilq; nisi turpia timere:tolerarẽ fortiter uel aduersa:uel ꝓspera Fortitudo præstat magnanimitatem:fiduciam: securitatem:magnificentiam:cõstantiam tolerantiã: firmitatem.
Tẽperantiæ est:nihil appetere pœnitẽdũ:in nullo legẽ moderationis excedere.sub iugũ rationis cupiditatẽ domare.Tẽperantiã sequuntur modestia:uerecũdia:abstinẽtia:castitas:honestas:mode

ratio:pcitas sobrietas pudicitia. Iustitiæ est: seruare unicuiq; quod suũ est. De iustitia ueniunt innocentia amicitia:cócordia: pietas: religio:affectus: humanitas. His uirtutibus uir bon⁹ primum sui: atq; inde reip. rector efficitur.

Moralis philosophia est:quæ docet morum elimatam perfectionẽ.

Naturalis quæ de diuinis corporibus disputat

Rationalis quum de icorporeis sermo est:quæ mens sola complectitur. Hæ sunt totius philosophiæ tres partes.

Festi dies dicati sunt diis:festis isunt sacrificia. epulæ:ludi:feriæ.

Professi hominibus ob administrã dam rem priuatam: publicamq; concessi.

Intercisi deorum hominumq; communes sunt.

Fasti dies sunt:quibus licet fari prætori:tria uerba solennia. do. dico. addico.

Nefasti dies contrarii sunt fastis.

Comitiales sunt quibus cum populo agi licet.

Comperendini quibus uadimonium licet dicere.

Stati qui iudicii causa cum peregrino instituuntur.

Preliares autem omnes:quib⁹ fas ẽ res repetere:uel hostẽ lacessere.

Nux Iuglans ab Iuuando & a glande dicta existimatur. Vel Iuglás quasi iouis glás. Nam id arboris genus nuces habet quæ sunt suauiore sapore q̃ glans est. húc fructũ Iouis glandem appellauerũt.

Nux Auellana seu prænestina quæ eadem est:ex arbore est: quæ corylus dicitur. hác autem Nucem græci ponticam uocant.

Nux castáea uocat & heracleotica.

Nux græca est quæ & amygdala dicitur. sed & thasia eadem nux uocatur.

Nux mollusca uulgo persicum appellat. Et mollusca nux, dicit q; cæteris oíbus nucib⁹ mollior sit.

Nuces & Mala sic diuidunt: ut nuces dicant omne pomum: quod foris duro tegatur:& intus habet quod esui est.

Malum uero quod foris habeat qđ est esui:& durum intus includat. Secundum hanc diffinitionem persicum quod Sueuius poeta inter nuces numerat:magis erit inter mala numerandum.

Ex Rhetoricis Ciceronis.

Virtus est affectio animi cõstás cõuenienisq; laudabiles efficiẽs eos in quibus est:Et ipsa p se sua spõte separata ẽt utilitate laudabilis.

Virtus ẽ animi habitus naturæ modo:atq; rõni cõsentaneus. habet aũt partes quattuor. Prudẽtiã. Iustitiam fortitudinẽ. Tẽperantiã.

Prudentia est rerum bonarũ & malarum scientia partes eius Memoria. Intelligentia. prouidentia.

Memoria est per quam animus repetit illa:quæ fuerunt.

Intelligẽtia est:per quam ea perspicit:quæ sunt.

Prouidẽtia per quam futurũ aliqđ

uidetur anteq; factum.
Iustitia est habitus animi commu/ni utilitate conseruata: suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius partes: religio: pietas: gratia: uindicatio: obseruantia: ueritas.
Religio est: quæ superioris cuiusdã naturæ quam diuinam uocant: curam cerimoniamq; affert.
Pietas est: per quã sanguine coniunctis patriæq; beniuolis officium: & diligens tribuitur cultus.
Gratia est: in qua amicitiarũ & officiorũ alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur.
Vindicatio est: per quam uis aut iniuria: & omnino omne: quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsat.
Obseruãtia est: per quam homines aliqua dignitate antecedẽtes cultu quodam & honore dignãtur.
Veritas est: per quam immutata ea quæ sunt: aut ante fuerunt: aut futura sunt: dicuntur.
Fortitudo est considerata periculorum susceptio. & laborũ pperpessio. Eius partes magnificentia: fidentia: patientia: perseuerantia sunt.
Magnificentia est rerũ magnarũ & excelsarũ cum animi ampla quadam & splendida pppositione cogitatio atq; administratio.
Fidẽtia ẽ: p quã magnis & hõestis ĩ rebus multũ ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit.
Patiẽtia est honestatis aut utilitatis causa rerũ arduarũ ac difficiliũ uoluntaria: ac diuturna pperpessio.
Perseuerantia est ĩ ratiõe bene cõsiderata stabilis & ppetua pmãsio.
Temperantia est: rationis in libidinem atq; in alios nõ rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes Continẽtia Clæmentia. Modestia.
Continentia est: per quam cupiditas consilii gubernatione regit.
Clæmentia est per quam animi temere in odium alicuius innẽtionis concitati comitate retinẽtur.
Modestia ẽ: p quã pudor honestus clarã & stabilẽ cõpat autoritatẽ.
Sunt multa quæ nos tum dignitate tum quoq; fructu suo ducunt: quo in genere est gloria. dignitas. amplitudo amicitia.
Gloria est frequens de aliquo fama cum laude.
Dignitas alicuius ẽ honesta & cultu & honore & uerecũdia digna autoritas.
Amplitudo est potentiæ aut maiestatis aut aliquarum copiarũ magna abundantia.
Amicitia est uoluntas erga aliquẽ bona: rerũ illius ipsi⁹ causa quẽ diligit: cum eius pari uoluntate.

Ex Tusculanis q̃stiõibus Cicerõis.

Cernimus oculis.
Videmus animo: Cicero: Nos enĩ ne nunc quidem oculis cernim⁹ ea quæ uidemus.
Virtus ex uiro appellata ẽ: Viri aũt propria maxime est fortitudo.
Sapientia sanitas est animi.
Insipiẽtia est insanitas q̃dam animi quæ est insania: eadẽq; demẽtia.

Furor est mentis ad oĩa cæcitas.
Aegrotatio in corpore est.
Aegritudo in animo. Est enim animi: aduersante ratiõe cõtractio.
Metus opinio est magni mali impendentis.
Aegritudo est opinio magni mali præsentis.
Volũtas est: quæ quid cum ratiõe desiderat.
Libido ẽ cupiditas uel appetẽtia effrenata: quæ in oĩbus stultis inuenitur. est enim aduersus rationẽ incitata uehementius.
Gaudium dicitur quum ratiõe animus mouetur: ut placide atq̃ cõstanter.
Lætitia est sine rõne aĩ elatio: nã cũ & ianiter & effuse aĩus exultat: tũ illa lætitia gestiens uel nimia dici potest & profusa hilaritas.
Aegritudini subiiciunt: Inuidentia æmulatio. obtrectatio. misericordia. angor. luctus. moeror. erũna dolor. lamẽtatio. sollicitudo. molestia. afflictatio. desperatio: & si qua sunt de genere eodem.
Inuidẽtia est ægritudo suspecta propter alterius res secundas: quæ nihil noceant inuidenti. Nam siqs doleat eius reb⁹ secũdis a quo ipse lædatur non recte dicit inuidere: ut si hectori agamenon.
Aemulatio dupliciter dicit. Est. n. hoc nomen & in laude & ĩ uitio: nã imitatio uirtutis æmulatio dicit. & tunc laudis est. Est itẽ æmulatio ægritudo: si eo quod qs cõcupierit ali⁹ potiatur ipse careat.
Obtrectatio est ea: quam intelligi zelotypiã uolo. Aegritudo ex eo q̃ alter quoq̃ potiatur eo: quod ille ipse concupierit.
Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborãtis. Nemo enim parricidæ aut ꝓditoris supplicio misericordia commouetur.
Angor est ægritudo præmens.
Luctus ægritudo est ex eius qui charus fuerit interitu acerbo.
Mœror ægritudo flebilis.
Erumna ægritudo laboriosa.
Dolor ægritudo crucians.
Lamentatio ægritudo cũ eiulatu.
Sollicitudo ægritudo cum cogitatione.
Molestia ægritudo permanens.
Afflictatio ægritudo cum uexatiõe corporis.
Desperatio ægritudo sine ulla rerũ expectatione meliorum.
Metui autem subiecta sunt. pigritia pudor. terror. timor. pauor. exanimatio. cõturbatio. formido.
Pigritia met⁹ ẽ cõsequẽtis laboris.
Terror metus cõtingẽs: ex quo sit ut pudorẽ rubor: sic terrorẽ pallor & tremor & dentium crepit⁹ cõsequatur.
Timor metus mali appropinquantis.
Pauor metus mentem de loco mouẽs. ex quo illud Ennii: Tum pauor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat.
Exanimatio metus subsequens: & quasi comes pauoris.
Conturbatio metus excutiens cogitata.

Formido metus permanens.
Voluptati subiecta sunt: maliuolétia lætans malo alieo delectatio: iactatio. & similia.
Maliuolentia est uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo:
Delectatio uoluptas suauitate auditus animũ deliniens: & qualis est hæc aurium: tales sunt oculorũ: & tactuum & odorationũ: & saporum: quæ sunt oẽs uni⁹ generis ad perfundendũ animũ tanq̃ illi que factæ uoluptates.
Iactatio est uoluptas gestiẽs: & se efferens insolentius.
Libidini subiecta sunt: ira. excandescentie. odium. inimicitia. discordia. indigẽtia: desiderium: & cætera eiusmodi.
Ira est libido puniendi eius: qui uideatur læsisse iniuria.
Excandescentia ira est nascens: ex modicoq; existens:
Odium ira inueterata.
Inimicitia ira ulciscẽdi tempus obseruans.
Discordia ira acerbior intimo odio & corde concepta.
Indigentia libido inexplebilis:
Desiderium libido eius qui nondũ adsit uidendi.
Auaritia est opinio uehemens de pecunia quasi ualde expetẽda sit inhærens & penitus insita.
Facilitas in bõis rebus ẽ: q;. s. alii ad alia bona sunt aptiores.
Procliuitas in malis ẽ rebus lapsio.
Morbus appellatur totius corporis corruptio.
Aegrotatio morbus cũ ibecillitate.
Vitiũ dr̃ quũ ptes corpis, iter se dissident: ex quo prauitas mẽbroꝝ: distortio. deformitas.
Sanitas aĩ dicitur: quũ eius iudicia: opinionesq; concordant.
Insaniæ: ut dixit Ennius Initiũ ẽ color. uox. oculi. spũs. ĩpotẽtia dcõrũ atq; scõrũ: q̃ ptẽ hẽnt sãitatis.
Pulchritudo corpis ẽ quædã apta figura mẽbroꝝ cum coloris quadam suauitate.
Perturbatio est aduersa ratione cõtra naturam. animi commotio.
Sapiẽtia ẽ reꝝ diuinarũ & hũanaꝝ scia cognitioq;: q̃ cã cuiusq; rei sit: ex quo efficit̃ ut dĩna imitet̃ hũana oĩa ĩferiora uirtute ducat.
Ridere concessum est.
Cachinatio uituperatur.
Gaudere decet.
Lætari non decet.
Spes est boni expectatio:
Metus mali expectatio.
Fidentia. i. firma animi confisio. scientia quædam est & opinio grauis non temere assentiens.
Bonus uir dicitur oĩbus uirtutib⁹ instructus & ornatus.
Beatus dicẽdus est qui sit in bonis nullo adiuncto malo. Beata aũt uita uirtute conficitur.

Ex Vegetio de re militari.

Alares eqtes dñr ab eo q̄ ad similitudinẽ alarũ ab utraq; parte ptegant acies: quæ nunc uexillationes uocantur a uelo: quia uelis: hoc est flãmulis utuntur. Nũc autem. i. tpe ipsius Vegetii.
Exercitus ex re ipsa atq; opere exer-

citii nomē accæpit:ut ei nũq̃ lice
ret obliuisci ad quod uocabaſ.

Legio ab eligendo appellata eſt:ꝙ
uocabulũ eoꝝ dſiderat fidē atq;
diligentiã quibus milites ꝓbanſ
In ſingulis autē legionib⁹ roma
noꝝ ſena milia interdũ amplius
militare conſueuerũt.In unaq; le
giõe decē cohortes eē debebãt.
hēbat ãt peditũ ſex milia. Eqtes
dccxxxii. Minor.n.nũerus arma
torum in una legione eſſe nõ de
bebat: Maior tamen interdũ eſſe
conſueuit.

Tribunus uocatus ē a tribu: tribuē
doq; iure. præerat enim militib⁹
quos ex tribu primus Romulus
legerat.

Teſſarii dicebantur :qui Teſſaram
per cõtubernia milirũ nũtiabãt.

Teſſara autē dicebatur præceptum
ducis quo uſ ad aliquod op⁹ uel
bellum mouebatur exercitus.

Candidati milites erãt principales:
qui priuilegiis muniebantur.

Centuriones erant qui ſingulas cu
rabant centurias:

Decani erant : qui decem militibus
præpoſiti.

Magiſtri militum non tãtum binas
legiões:ſed & plures numero gu
bernabant.

Centuria uel manipulus inter pedi
tes appellabatur.

Turma uero inter equites dicebaſ,
habebatque una Turma equites
xxxii.

Decurio qui præerat turmæ dice
batur.

Tubicines ad bellũ uocant milites
rurſumq; receptui canentes reuo
cant.

Cornicines & bucciatores quotiēs
canunt:non milites:ſed eorum ſi
gna obtemperant ad nutum.aut
quum mouenda : aut iam mota
figenda ſunt.

Tuba quæ directa eſt appellatur.

Buccina quæ i ſemetipſam æreo cir
culo flectitur.

Cornu quod ex uris agreſtibus ar
gento nexum temperatũ arte &
ſpiritu canētis flatu emittit audi
tũ Per hæc aũt tria indubitatis ſo
nis agnoſcit exercitus utrum ſta
re:uel progredi : an certe regredi
oporteat.utrum longe proſequi
fugientes an receptui canere.

Sariſſæ longiſſimi conti erant.

Teſtudo de materia uſ tabulatis cõ
texitur:quæ ne exuratur incēdio
coriis uel cilitiis:centonibuſq; ue
ſtitur.hæc intrinſecus accipit tra
bē quæ adunco præfigiſ ferro.
appellaturq; Aries: uel ꝙ duriſſi
mã frontem habet : quæ ſubruat
muros uel ꝙ more arietũ retro
cedat:ut cum impetu uehemēti⁹
feriat.Teſtudo autem ad ſimilitu
dinem ueræ Teſtudinis uocabu
lum ſumpſit. nã ſicut illa modo
reducit: modo profert caput. ita
machinamētum interdum redu
cit trabem:interdum exerit: ut for
tius cædat.

Plutei dicũtur qui ad ſimilitudinē
caſſidis cõtexunſ e uimine & cili
ciis uel coriis ꝓteguntur.terniſq;

rotulis: quarũ una in medio duæ in capitibus opponuntur: in quã cunq; partem uolueris admouẽtur more carpẽti: quos obsidẽtes applicant muris: eorũq; munitione protecti sagitis sine fundis uel missilib⁹ defensores omnes de ꝑpugnaculis ciuitatis exturbãt: ut scalis ascendendi facilior præstetur occasio.

Agger ex terra: lignisque extollitur contra murum: de quo tela iactãtur.

Malleoli uelut sagittæ sũt: & ubi adhæserint: quia ardentes ueniunt uniuersa conflagrant.

phalarica autem ad modum hastæ ualido præfigitur ferro. Intra tubum etiã hastile sulphure resina bitumine: stupisq; cõuoluitur infuso oleo: quod incẽdiarium uocant: quæ balistæ impetu destinata prærupto munimine ardens figitur ligno, turritamq; machinã frequenter incendit.

Telenon dicitur quotiẽs una trabs in terram præalte defigitur: cui ĩ sũmo uertice alia trãsuersa trabs longior dimensa medietate connectitur eo librãmẽto: ut si unũ caput depresseris: alterum erigatur: in unoquoq; capite cratib⁹ sine tabulatis contexit machina: ĩ qua pauci collocãtur armati: tũc per funes uno attracto: depressoque altero capite eleuati imponuntur in murum.

Exostra pons dicitur: qui de turre lignea rotis ducta: murisq; appropinquat: at in murum repente perducitur.

Balista funibus: neruis: chordisque tenditur: quæ quanto prolixiora brachiola habuerit: hoc ẽ quãto maior fuerit: tãto spicula lõgius emittit: quæ si iuxta artem mechanicam temperetur: & ab exercitatis hominibus: qui mẽsuram eius ante collegerint: dirigatur: penetrat quodcunq; percusserit.

Onager autem dirigit lapides: sed pro neruorum crassitudie & magnitudine saxorum põdera iaculatur. nam quanto maior fuerit: tãto maiora saxa fulminis more cõtorquet. his duobus generib⁹ nulla tormẽtorum species uehementior inuenitur.

Scorpiones dicebãt: quas nunc manubalistas uocãt. ideo sic uocari: q; paruis subtilibusq; spiculis ĩferant mortem.

Venetus color marinis est fluctib⁹ similis.

Pila missilia erant, quibus utebatur pedestris exercitus: ferro subtili: trigono præfixa nouẽ unciarũ sine pedali: q; in scuto fixa nõ possent abscindi: & loricam sciẽter: ac fortiter directa facile ꝑrumpebãt: cuius generis apud nos iam rara sunt. hæc ex Vegetio. Modestus autẽ ait: Pilum maius uocari missile: quod erat ferro triãgulo unciarum nouem hastili pedũ quinq; semis: suoq; tempore spiculum dicebatur: ad cui⁹ iactum exercebantur præcipue milites:

uocari missile: quod erat ferro triãgulo unciarũ nouẽ hastili pedũ q̃nq; semis. suoq; tẽpore spiculũ dicebatur: ad cui⁹ iactũ exercebãtur præcipue milites: q̃d arte & uirtute directũ & scutatos pedites & loricatos eq̃tes sæpe transuerberabat. Alterũ uero pilũ min⁹ erat ferro unciarũ q̃nq;: hastili triũ pedũ semis: quod tunc uerriculũ: Nunc Verutũ dicitur: Nũc aũt tẽpore ipsi⁹ modesti ĩtellige.

Ex Capro.

Circiter ad numerum refertur.
Circum ad locum.
Circa ad tempus.
Tunc temporis aduerbium.
Tum ordinis est.
Fidus amicus.
Fidelis famulus dicitur.
Cognoscimus ignota: & inuisa.
Agnoscimus quæ nobis exciderãt.
Similis illius ad mores refertur.
Similis illi ad uultum.
Collactaneus est eisdem mammis educatus.
Collacteus est: qui uno eodemq; lacte educatus est.
Suscipimus ad animũ & mentẽ refertur. ut susceptũ perfice mun⁹.
Succipimus corpore: ut succipiunt famulæ collapsaq; membra.
Accidit aliquid aduersi.
Contingit aliquid pulchri.
Inuidus qui inuidet.
Inuidiosus qui inuidiam sustinet.
Vortex fluminis est.
Vertex capitis.
Pauperies damnum est.
Paupertas ipsa conditio.
Mammæ hominis sunt.
Hubera sunt pecudum.
Precor prospera.
Imprecor terra.
Sanguis dum manet est.
Cruor effusus est.
Sumimus ipsi.
Accipimus ab alio: sic quum dabimus dicendum est accipe. quum permittimus ipsi tollere: dicendum est Sume.
Pone loci aduerbium est.
Post temporis.
Vultus mutatur.
Facies permanet.
Mœstus animo.
Tristis aspectu dicitur.
Protenus per. e. aduerbium locale est: idest porro tenus. ut Cum p̃tenus utraq; tellus una foret.
Protinus per. i. aduerbium est temporale: idest statim.
Hic malus nauis arbor est.
Hæc malus frugifera.
Pinnas murorum.
Pennas auium dicimus.
Exprobat: qui commemorat: quæ præstitit.
Opprobat: qui opprobrium dicit: hoc est uitium.
Primus ex multis.
Prior ex duobus dicitur.
Ducit uir.
Nubit mulier.
Carcer dicitur in quo homines coercentur.
Carceres uero unde currus effunduntur.

Ex Pompeio Festo.

Apud & penes in hoc differunt: quod apud personã cũ loco significat. penes personã & dominiũ ac potestatẽ: quod trahitur a: penitus.
Abgregare est ab grege ducere.
Adgregare est ad gregem ducere.
Abalienatus quẽ qs a se remouerit.
Alienatus qui alienus factus est.
Amita patris mei soror: dicta quia a patre amata est. Nam plus sorores a fratribus q̃ fratres diligi solent. uidelicet propter dissimilitudinem personarum.
Matertera matris soror: quasi mater altera.
Conciliũ dicitur a populi consensu Vel a concalando .i. uocando.
Consilium uel a cõsulẽdo dicitur. uel quod in unam sentẽtiam pluriũ mentes cõsiliant: & cõueniãt. sed a silẽtio credibilius dictum putatur: quo maxime inuenitur.
Canterius hoc distat ab Equo: quo maialis a Verre: Capus a gallo. Veruex ab Ariete. Canterius enĩ equus est: cui testiculi amputant̃.
Cuncti dicuntur quidem omnes: sed coniuncti & congregati: At uero omnes etiam si diuersis ĩ locis sint.
Experrectus est: qui per se uigilare cœpit.
Expergitus ab alio excitatus: quem solemus dicere expergefactum.
Exercitus & militum Copia dicitur & homo multis negociis exercitus sed supius quarti ordinis: hoc secundi est.
Exemplum ẽ: quod sequamur: aut uitemus.
Exemplar quod simile facimus Illud animo æstimatur: Istud oculis conspicitur.
Ibi dicitur quũ locus semel demonstratur.
Ibidem quum sæpius.
Mõstrum dictum: uelut Monestrũ quod moneat aliquid futurum.
Prodigium uelut prædiciũ quod prædicat.
Portentum quod portendat.
Ostentum quod ostendat.
Monstra dicuntur naturæ modum egredientia: ut serpens cum pedibus. Auis cũ quattuor alis. homo cum duobus capitibus.
Noxia apud antiquos damnum significat. sed a poetis ponitur pro culpa.
Noxa ponitur pro peccato aut peccati pœna.
Obiurgatio post turpe Factum.
Castigatio uero mõitio est ante cõmissum.
Palmites uitium sarmenta appellãtur: quod in modum palmarum uirgulas quasi digitos edunt.
Palmulæ appellantur remi a similitudine manus humanæ.
Posticum hostiũ in posteriore parte ædium: Ceterum antiqui etiã uicinũ habitãtem ad posteriorẽ partẽ ædium sic appellarunt. Deniq & q̃ ãte nos Antica: & quæ post nos sũt postica dicunt̃. Etiã dexterã Anticã: sinistrã posticã sic ẽt ea cæli pars q̃ sole illustrat̃. ad meridiẽ antica utiq uoiatur.

quæ ad septētrionē ē postica: rursumq; Diuidūtur in duas partes orientem & occidentem.

Præsidium est: quod ꝓ utilitate & salute alicuius auxilii gratia præponitur.

Subsidium quod postpositū est ad subueniendum laborantibus.

Properare aliud est: aliud festinare. qui Vnum mature trāsigit: is ꝓperat. Qui multa simul incipit: neq; perficit: is festinat.

Quatenus significat qua fine: sicut hactenus hac fine. Quatinus uero quoniam.

Quāmox significat q̄ cito.

Mox uero ꝑ se significat postea uel paulo post.

Regium est quod est aut fuit regis.

Regale est dignum rege.

Sons nocens.

Insons innocens.

Secus aliter.

Haud secus non aliter.

Stips est nummus signatus.

Stipes uero fustis terræ defixus.

Tuor uideo.

Tueor defendo.

At differentiam rerum significat ut quū dicimus scipio est bellator: at M. Cato orator.

Ex Nonio Marcello.

Amare uim habet maiorem.

Diligere leuius amare. Cicero ad brutū: sic igitur facies Et me aut amabis: aut quo cōtēt⁹ sū diliges

Alere est uictu temporali uitam sub stinere

Educare autem ad satietatem perpetuam educere.

Meretrix honestioris loci ē & quæstus: nam meretrices dictæ sunt: quia copiam sui tantūmodo noctu facerent.

Prostibula q̄ ante stabulū stet quæstus diurni & nocturni cura.

Genitrix sp q̄ genuerit nūcupatur

Mater uero aliquando pro nutrice ponitur.

Pudet uerecundiæ est.

Piget pœnitentiæ.

Osculum ab ore.

Suauium a suauitate dicitur.

Sacrificare est ueniam petere.

Litare ē ꝓpitiare & uotū impetrare.

Expleri est tātūmodo plenum esse.

Satiari supra modum.

Arcus suspensus appellatur fornix.

Arquus nō nisi in cælo: quem irim poetæ dixerunt.

Fors est casus temporalis.

Fortuna dea est ipsa.

Ferus est sæuus.

Ferox est fortis.

Faustū est quasi a fauendo dictum: ac per hoc prosperum & ꝓpitiū.

Vnde contra Infaustum minax & impropitium.

Festū uero solēniter lætū & feriatū

Animus est quo sapimus.

Anima qua uiuimus. Sine animo anima est debilis: hinc animus ad intelligentiam tributus.

Vultus est uoluntas: quæ pro motu animi in facie ostenditur.

Facies oris species.

Mussare hominum ē occulte quid & pressa uoce loquētium: quod

celatum uelint.
Murmurare auté maioris soni est: proximi ad tumultum.
Priores comparatiui sunt gradus.
Primores sũmæ quæq; res. Turpilius in Demetrio: Sãdalio innixa digitis primoribus.
Poesis textus scriptorũ: ut odyssea uel ilias homeri: aut Aeneis Vergilii.
Poema iuentio parua: quæ paucis uerbis exprimitur: ut in gladiatoribus ludis homeri.
Poetica est ars eaȝ rerum. Diomedes uero sic ait. Poetica ẽ fictæ ue ræq; narratiõis cõgruẽti rhythmo uel pede composita metrica structura: ad utilitatẽ uoluptatẽq; accõmodata: Poetice ars ipsa ĩtelligitur Poema autẽ pars opis ut tragœdia. Poesis contextus & corp⁹ totius operis effecti: Vt ilias: odyssea: æneis.
Fora neutro genere iudicioȝ & litium sedes sunt.
Fori masculino genere sunt spatia ĩ nauibus apertiora.
Peritus est plusq̃ doctus.
Vrbs est ædificia.
Ciuitas Incolæ.
Scius secum.
Conscius cum alio scius est: licet cõscium indifferenter positum legerimus.
Auspicium est auium cõspectio: & quæ ex uolatu auiũ significẽtur & uocibus.
Augurium autem rerum omnium coniecturas prudenter ac diligẽter amplectitur.
Mõstra & ostẽta similiter ĩtelligũt: q; iminẽtia mõstrẽt & ostendãt.
Omen uotũ ẽ mentis & uocis. Vnde sacrificãtibus dr̃ bõa hr̃e omi na: id est ut circunstantes & bona mẽte uelit. & recta orib⁹ pferãt.
Portentum non solum q; portendat: sed quod iam appoiter & faciat in his significationibus: quæ in auspiciis & auguriis & extispiciis ostenduntur.
Prodigiũ autẽ sp pessimũ est dictũ q̃si porro adigẽdũ: Virgi. lib. iii. æn. Sola nouũ dictuq; nefas harpya celæno pdigiũ canit: & tristes denũtiat iras Festus uero ut supius patuit: scribit pdigium uelut prædicium: q; prædicat.
Iniuria leuior res est q̃ Cõtumelia pacuuius: patior facile iniuriam: si est uacua a cõtumelia.
Fulmen est telũ ipsũ: quod iacitur.
Fulgur ignis q coruscat fulmĩe. Vnde & fulgetra dicitur fulgor.
Fulguratum dicitur fulgure tactũ uel exustum.
Iurgiũ leuior res est q̃ lis: siq̃dẽ ĩter beniuolos ac ppinquos dissẽtio uel contentio iurgium dicitur.
Lis ĩter inimicos dissẽtio appellat.
Audacia temeritas est.
Audentia fortitudinis.
Merx est species ipsa.
Mercatura ẽ act⁹ ip̃e lucri ꝺ merce
Mercatus autẽ locus in quo agitur mercatura.
Peius a malo dicitur: quod ĩ usu est & creberrime frequentatur.
Deterius uero a bono discernitur: ut mioris sit meriti: quam illud.

quod placet. Virg.li.iiii.ge. Deterior qui uisus eum ne prodig⁹ obsit Dede neci. Idem li.viii. Deterior donec paulatim: ac decolor ætas. hæc enim meliorib⁹ cõparata sunt.

Circus est planicies rotunda: ut circuitus.

Globus soliditas undiq rotũda: ut ẽ sphæra & staminum glomera.

Præda corpora ipsa rerum quæ capiuntur.

Manubiæ uero pecuniæ ex præda uendita redactæ.

Peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia.

Pertinacia semper malarum.

Sensus dicuntur qui sentiunt.

Sensa quæ sentiuntur.

Morsa cõtrariis puerisq moribus.

Morata bonis moribus.

Morigera aliis morem gerens.i.obsequens.

Vetum incolume est.

Vigẽs forte. nam uegetũ corporis: Vigens etiam animi possumus dicere: ut in multis.

Profesti dies sunt a festiuitate uacui Festi dies in qubus festa colunt.

Quærere & requirere hoc differt: q requirere est diu quærere.

Specula locus eminens unde longius inspici potest.

Speculum despicientiam significat.

Profiteri uoluntatis est.

Cõfiteri necessitatis. Cice. pro Manlio: hoc ego non solum confiteor: uerum etiam profiteor. honestius uel profiteri quam cõfiteri.

Hulcus tecta & clausa malignitas.

Vulnus hians patens.

Turpe leuior res est q̃ fœdum. Tullius de offi. Luxuria uero cum omni ætati turpis: tum senectuti fœdissima est.

Dignitas uiris.

Venustas fœis sit attribuenda Tul. de of.li.i. Venustatẽ muliebrem dicere debem⁹. Dignitatẽ uirilẽ.

Ignosco præteritis.

Concedo futura. Tullius ad Cæsarem iuniorẽ: Quod mihi & philippo uacatiõem dabis gaudeo. nam & præteritis ignoscis. & Cõcedis futura.

Despicere grauius est: q̃ contemnere. Tullius in Verrem: Quemq contempserit Despexerit.

Cupiditas & cupido diuersa sunt: nam cupiditas est leuior. Lucilius: Cupiditas ex homie. Cupido ex stulto nunq̃ tollitur. q cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine.

Imitatio simplex: & liuorem atq inuidiam non admittit.

Aemulatio habet quidem imitãdi studium sed cũ malitiæ opatiõe.

Probatum & Spectatum uis maioris est. Lucilius: Tuam probatam mihi & spectatam adolescẽtiam.

Bellum & prœlium hoc differunt: q prælia partes sunt belli. hoc ẽ in bello congressiones. Lucilius: Vi romanus populus uictus ui: & superatus præliis sæpe est multis. Bello uero nunq̃: In quo sunt omnia. Virgi.li.xi. Infantem fugiens media iter prœlia belli Sustulit exilio comitem.

Euitare

Euitare plus est q̃ cauere. Lucillius li.vi. Quid cauẽdũ tibi cẽserem: quid euitandum maxime.
Vetustiscere & ueterascere quid intersint. Nigidius deplanauit. Dicemus quæ uetustate deteriora fiunt uetustiscere: Inueterascere quæ meliora.
Nocens a nefario & impio distare uoluit. Tullius de of.li.ii. Vt Nocens leuius uideri possit. Ait enĩ Nec tamen ut hoc fugiẽdum est. ita habendum est relligioni contrarium: Nocentem aliquãdo & nefariũ Impiumq̃ defendere.
Mutuum sine usuris.
Fœnus cum usuris sumitur.
Nutare capitis est.
Annuere uel nuere narium uel labiorum.
Nictare oculorum:
Innuere est facie significare.
Opprimere maius est: q̃ extinguere Tullius de amicicia. Quamobrẽ danda opera est: Nequa amicorũ dissidia fiant: Sin tale aliquid euenerit: ut extinctæ poti⁹ amiciciæ q̃ oppressæ uideãtur: quasi quod extinguitur possit reflãmari: qđ opprimitur: non queat.
Morbus est cum accessu utique aut contagii aut temporis.
Vitium est perpetua & insanabilis: & irreuocabilis causa.
Meminisse oĩum est aĩantium: ut cibi. potionis. somni. uoluptatis.
In memoriã redire: seu reuocare qđ exciderit nisi homines posse.
Die quarto temporis præteriti.
Die quarta tpis futuri esse uolunt.
Qui mentitur ipse non falsus alter fallere conatur.
Qui mendacium dicit ipse fallitur: ut P. Nigidius manifestauit.
Properare is dicitur: qui unum qđ mature transigit.
Festinare dicitur qui multa simul incipit: nec perficit.
Auarus semp in repræhẽsione est.
Auidus autem ab auendo quod est etiam honeste incipiendo.
Prospicere aduersum uidere dicit̃.
Respicere quasi retro aspicere.
Innocens non nocens.
Innocuus illæsus.
Miserari est flere & lamentari:
Misereri miserationem alienis casibus exhibere.
Multũ ĩfinitũ ẽ: auarisq̃ applicãdũ.
Satis finitum est: parcis & se cõtinẽtibus applicandum.
Inniti incũbere est. Virg.li.vi. Ille uides pura iuuenis qui initit̃ hasta.
Obniti uero est cõtra aduersa obluctari. Vir.li.iiii.ge. Vsq̃ adeo obnixi non cedere.
Ergastulum neutro generẽ care eris locus est.
Ergastulus.g.m.custos pẽalis loci.
Fremere est magnum sonare. Vir. li.ii.geor. Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.
Frẽdere est dentẽ dẽtib⁹ irascendo quatere. Virg.li.iii: Dentibus infrendẽs de Polyphæmo loquẽs.
Pecuniosi a pecore dicti sunt.
Locupletes a possessionibus locorũ olim nanq̃ res erat in locorũ possessionibus & in pecore. unde pecuniosi & locupletes uocabant̃.

Ex Tullio de Natura deorum.

Physiologia:idest naturæ ratio.
Theogonia:idest deorum origo.
Prolepsis appellatur ab Epicuro: quæ latine anticipatio dicitur: quam ante Epicurum nemo eo uerbo nominarat.
Hemarmenen dicunt fatalem necessitatem.
Mantice latine diuinatio dicitur.
Pietas est iustitia aduersus deos.
Sanctitas est scientia colendorum deorum.
Relligio deorum cultu pio continetur.
Amiciciæ nomẽ ab amore ẽ dictũ.
Cometas græci.nr̃i crinitas uocãt.
Venæ sanguinem continent.
Arteriæ uero spũm:nã sanguis per uenas in omne corpus diffundit & spũs per arterias.Vtræq; autẽ crebræ multæq; toto corpore itextæ uim quãdam incredibilẽ artificiosi opis:diuiniq; testant.
Pupilla uocatur acies ipsa qua cernimus.
Palpebræ sunt tegumenta oculorũ mollissimæ tactu.Munitæq; sunt palpebræ tanq̃ uallo pilorum.
Mundus est:quasi cõmunis deorũ atq; hominum domus: aut urbs utrorumq;.
Physicus:idest naturalis.
Sphæra est globus ex solidis.
Circulus autẽ orbis:qui cyclus græce dicitur.est ex planis.
Annua solis cõuersio fit diebus qnque & sexaginta & trecẽtis: quarta fere diei parte addita.
Annum magnũ mathematici noĩauerunt:qui tum efficitur quũ solis & lunæ & qnque erratiũ ad eãdẽ iter se cõparationẽ cõfectis oĩum spaciis est facta conuersio.
Veneris stella infima est quinq; erratium:quæ phosphoros græce lucifer latine dr̃:quũ ãngreditur solem:quum subsequitur aũt hesperos:ea cursum anno conficit.
Naturã zeno ita definiuit: ut eã dicat ignẽ eẽ artificiosũ ad gignẽdũ
Saturnũ eũ eẽ uoluerunt:q cursum & conuersionem spaciorũ:ac tẽporum cõtineret:qui deus græce id ipsum nomen hẽt.Cronos.n. dicit:qui est idem quod spaciũ tẽporis.Saturnus aũt est appellat᷑: q saturaret ãnis:ex se enim natos comesse fingitur solitus:qa cõsumit ætas tẽpoꝝ spatia:ãnisq; præteritis insaturabiliter explet. Vinctus aũt ab ioue:ne imoderatos cursus haberet:atq; ut eum sideꝝ uinclis alligaret.
Iuppiter:idest iuuans pater: quem conuersis casibus iouem a iuuando appellamus.A poetis pater diuũq; hominũq; dicit. A maioribus autẽ nostris Optimus Maximus.Et qdẽ ante optim᷑.i. beneficentissimus q̃ maximus: qa maius est:certeq; gratius ꝑdesse omnibus q̃ opes magnas habere De hoc etiam augures nostri dicunt ioue fulgente tonãre: idest cælo fulgente & tonante.
Aer:ut stoici disputant: interiectus inter mare & cælũ iunonis noĩe

consectaturique quæ est soror & con iunx iouis:q & similitudo est ætheris:& cum eo summa coniunctio. Effœminarunt autem eum: Iunoniq; tribuerunt: q nihil est eo mollius.

Iunoné a iuuádo credo noiatam.

Neptunus a nádo deducit paulum primis litteris immutatis.

Ceres tanq̃ geres a gerédis frugib⁹ prima littera mutata dicitur.

Mauors dictus q magna uerteret.

Minerua dicta uel q minueret: uel minaretur.

Iani nomé ab eundo deductum est nam principem in sacrificádo Ianum esse uoluerunt.

Vestæ nomen a græcis sumptum: ea est enim: quæ ab illis Hestia dicitur. Vis autem eius ad aras & focos ptinet: itaq; in ea dea q est rerum custos intimarum oĩs & precatio & sacrificatio extrema est. In Iano uero prima. In omnib⁹ enim rebus uim habent maximam: prima & extrema.

Penates siue a penu dicuntur. Est. n. omne quo uescuntur homines pœnus: siue ab eo q est penitus insident: ex quo etiam penetrales a poetis uocantur.

Sol dictus est: uel quia solus ex omnibus sideribus est tátus: Vel q a quum est exortus obscuratis omnibus solus apparet.

Luna a lucendo nominata est: eadé est enim lucina: Itaq; ut apd græcos Dianam eamq; luciferam: sic apud nostros iunonem lucinam in pariendo inuocant.

Diana dicta quia noctu quasi diem efficeret. adhibetur aút ad partus q ii maturescunt aut. vii. nónunquam: aut ut plerunq; nouem lunæ cursibus.

Menses lunæ cursus: quia mésa spacia conficiunt nominantur.

Venerem nostri nominarunt: quæ dea ad res omnes ueniret.

Venustas a Venere dicta est.

Supstitiosi uocati sunt qui totos dies precabantur & immolabát: ut sibi sui liberi superstites eént: qđ nomen patuit postea latius.

Religiosi dicti sunt ex relegédo tã quam relegerent: & diligéter retractarent omnia quæ ad cultum deorum pertinerent.

Lex est recti præceptio: prauiq; depulsio.

Naturam alii esse censent uim quandam: siue rationem cientem motus in corporibus necessarios.

Alii autem uim participem rationis atque ordinis: tanquam uia progredientem: declarantemq; quid cuiusque rei causa efficiat: quid sequatur. Cuius solertiam nulla ars: nulla manus efficiat. Nemo opifex consequi possit imitando.

Fatum idest: quod semper ex omni æternitate uerum fuerit.

Versutos eos appello: quorum celeriter mens uersatur.

Callidos autem quorum tanquam manus opere: sic animus usu concalluit.

Mundum deorum domum existimare debemus.

operetsic animus usu concalluit.
Mundum deorum domum existimare debemus.
Corpus omne aut aqua:aut aer aut ignis:aut terra est:aut id:quod ē concretum ex his: aut ex aliqua parte eorum. Horum autem nihil est:quod non intereat.
Iustitia est quæ suum cuiq₃ tribuit.
Hercules plures tradunt: Antiquissimũ ioue natum:sed itē ioue antiquissimo:ex eo igit & lysico est hercules quem concertauisse cũ apolliе de tripode accepim⁹. Alter traditur nilo natus. Aegypti⁹ quem aiunt phrygias litteras cõscripsisse. Tertius est ex deis indigetis:cui inferias afferunt. Quartus iouis & asteriæ latonæ sororis:q tyri maxime colit:cuius carthaginem filiam ferũt. Quintus in idia:qui Belus dicitur. Sextus hic ex alcmena quē iuppiter genuit sed tertius Iuppiter.
Furiæ deæ sunt speculatrices & uindices facinorum & sceleris.
Nascio dea nominata est a nascētibus:quia partus matronaꝝ tuea tur cui in agro ardeati rem diuinam facere solebant.
Leucothoe Ino cadmi filia: a græcis:a nobis Matuta dicitur.
Absyrtus medeæ frater:q est apud pacuim Agyaleus:sed illud nomen ueterũ litteris est usitatius.
Ioues tres numerãt:duos q theologi nominãtur:Ex quibus primũ & secundum natos in arcadia:alterum patre æthere: ex quo etiã proserpinam natam ferunt:& Liberum alterum patre cælo: qui genuisse Mineruam dicitur:quã principem & inuentricem belli ferunt. Tertium cretensem Saturni filium cuius in illa isula sepulchrum ostenditur.
Soles q̃ multi a theologis proferũtur. Vnus eorum ioue natus nepos ætheris. Alter hypione. Tertius Vulcano nili filio cuius urbem egyptii uolunt esse eã: quæ heliopolis appellatur. Quartus is.qui heroicis tēporibus. Quintus qui colchis fertur Aeetam & Circen procreauisse.
Vulcani complures fuere: primus cælo nat⁹:ex quo & Mierua apollinem eum cuius in tutela athenas antiqui historici esse uoluerunt. Secundus uero nilo natus Opas ut ægyptii appellant: quē custodē esse ægypti uolunt. Tertius ex tertio ioue & Iunone.qui lemni fabricæ traditur præfuisse
Quartus Memalio natus:q tenuit insulas propter siciliam:quæ uulcaniæ nominabantur.
Mercurius unus Cælo pr̃e:Die matre natus: Alter ualētis & phoronidis filius is q sub terris habet.
Tertius ioue tertio natus & maia: ex quo & penolapa pana natũ ferũt. Quartus nilo patre:quē ægyptii nefas habēt noĩare. Quĩtus quem colũt pheneatæ:q argētũ inuenisse:& argum dicit interemisse.ob eamq₃ causam ægypto præfuisse.atq₃ ægyptiis leges & litteras tradidisse. Hunc ægyptii Treir appellant:eodem nomine

anni primus mensis apud eos uocatus.

Esculapioq; primus apollinis: quẽ arcades coluntiqui specillum inuenisse primusq; uulnus dicitur obligauisse. Secũdus secũdi Mercurii frater. is fulmine percussus dicitur humatus esse cynosuris. Terti⁹ arsippi & arsinoe: q prim⁹ purgationem alui dentisq; euulsionem ut ferunt inuenit: cuius in arcadia non longe a lusio flumine sepulchrum & lucus ostenditur.

Apollinum antiquissimus is: qum paulo ante e Vulcano natum esse dixi custodem Athenarum.

Alter corybantis filius natus in creta: cuius de illa isula cum ioue ipso certamen fuisse traditur. Tertius ioue tertio natus & latõa quẽ ex hypboreis delphos ferunt ad uenisse. Quartus in arcadia: quẽ arcades Nomionem appellant: q ab eo se leges ferũt accæpisse.

Dianæ item plures. Prima iouis & proserpinæ: quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. Secunda notior: quam ioue tertio & latona natam accæpimus. Tertiæ pater Vpis traditur: Eã sæpe græci Vpin paterno nomine appellant.

Dionysios multos habemus. Primum ioue & proserpina natum. Secundum Iulo qui nysam dicitur interemisse. Tertium Capro patre: eumq; regem asiæ præfuisse dicunt: Quartum ioue & luna cui sacra orphica putantur consici. Quintum nyso natũ & Thyone: a quo trieterides constitutæ putantur.

Venus prima cælo & die nata. Altẽra spuma pcreata ex qua & mercurio Cupidinem secũdum natũ accepimus. Tertia ioue nata & Diana quæ nupsit uulcão: sed ex ea & marte natus anteros dicit.

Quarta syria Cyroq; cõcepta quæ astarte uocatur: quam adonidi nupsisse proditum est.

Minerua prima: quã apollinis matrem supradiximus. Secunda orta Nylo: quam ægyptii Saletæ colunt. Tertia illa: quam ioue generatam supradiximus. Quarta ioue nata & Coruphe oceani filia quadrigarum inuẽtrix. Quinta pallantis: quæ patrem suum dicitur interemisse uirginitatem suam uiolare conantem: Cui pinnarum talaria affigunt.

Cupido primus mercurio & diana prima natus dicitur. Secundus mercurio & uenere secunda. Tertius quidem est Anteros marte & uenere tertia.

Malitia est uersuta & fallax rõ nocendi.

Ex Tullio de Diuinatione.

Sagire enim sentire acute ẽ: ex quo sagaces dicti canes. Is igitur q ante sagitq; oblata res: dicitur præsagire: idest futura ante scire.

Iuno moneta appellata: est quoniã quũ terræmotus factus eẽt, uox ab æde iunonis ex arce extiterat ut sue plena procuratio fieret.

Fatum autem id appello: quod græci hemarmenem: ideſt ordinem ſeriemq́ꝫ cauſarum: cũ cauſa cauſam ex ſe gignat. Ea eſt ex omni eternitate fluẽs ueritas ſempiterna: quod cũ ita ſit nihil eſt factũ: quod nõ futurum fuerit. eodẽq́ꝫ modo nihil eſt futurũ cuius nõ cauſas id ipſum efficientes natura contineat.

Diuinatio eſt eaꝝ reꝝ prædictio & præſenſio: quæ eſſent fortuitæ.

Ventos placet Stoicis eſſe eos anhelitus terræ: qui frigidi ſunt: quũ fluere cœperint.

Fulgores & tonitrua exiſtunt: quũ anhelitus terræ qui frigidi ſunt: ſe ĩ nubẽ induerint: eiuſq́ꝫ tenuiſſimam quãq́ꝫ ꝑtem cœperint diuidere atq́ꝫ dirumpere: idq́ꝫ crebrius facere & uehementius.

Fulmen eſt: quum nubiũ cõflictio ardor expreſſus ſe emiſerit.

Tages quidam dicitur in agro tarquiẽſi quũ terra araretur: & ſulcus altius eſſet ĩpreſſus extitiſſe repẽte: & eum affatus eſſe qui arabat. Is autem Tages ut in libris eſt hetruſcoꝝ puerili ſpecie dicitur uiſus ſed ſenili fuiſſe prudẽtia: Eius aſpectu quũ obſtupuiſſet bubulcus clamorẽq́ꝫ maiorem cum admiratiõe edidiſſet cõcurſum eẽ factum. totamq́ꝫ breui tempore ĩ eum locum hetruriam conueniſſe. tum illum plura locutũ multis audiẽtibus: qui omnia uerba eius exceperint: litteriſq́ꝫ mandauerint. Omnem autem orationẽ fuiſſe eam: quæ haruſpiciæ diſciplina contineretur: eam poſtea creuiſſe rebus nouis cognoſcendis. & ad eadem illa principia referendis.

Zodiacus græce: ſignifer orbis latine dicitur.

Orizõtes a græcis noiant: a nobis finiẽtes uiſum rectiſſime noiari p̃nt: illi orbes q cæli q̃ſi mediũ diuidũt: & aſpectũ nr̃uꝫ definiunt.

Lẽmata dialectici græce appellant ea: quæ latini duas ſumptiones.

Diuinationem Chryſippus definiuit his uerbis: Vim cognoſcentem & uidentem & explicantem ſigna quæ a diis hoĩbus ſignificentur in ſomnis.

Ex Lactantio Firmiano.

Deus aũt qui eſt æterna mẽs: ex oĩ utiq́ꝫ parte ꝑfectæ conſumatæq́ꝫ uirtutis eſt. pythagoras ita diffiniuit quid eſſet Deus: Aĩs qui ꝑ uniuerſas mundi partes omnẽq́ꝫ naturam cõmeans atq́ꝫ difuſus: ex quo omnia quæ naſcũtur: animalia uitam capiunt Cicero autem quid ſit deus in. li. i. tuſc. diffinit dicens: Nec uero Deus ipſe qui intelligitur a nobis alio mõ intelligi poteſt: niſi mens ſoluta quædam libera & ſegregata ab omni concretione mortali omnia ſentiens & omnia mouens.

Solidum id exiſtimandum eſt: cui nihil decedere poſſit.

Perfectum id exiſtimãdum eſt: cui nihil poſſit accedere.

Chaos eſt rudis inordinatæq́ꝫ materiæ confuſa congeries: Nec audiẽdi ſunt poetæ. Qui aiũt Cha

os i pricipio fuisse.i cõfusionẽ re rũ atq; elemẽtorũ. Postea uero deum dimisse oẽm illã cõgeriẽ: singulisq; reb⁹ ex confuso aceruo separatis in ordinẽq; descriptis i struxisse mũdũ pariter & ornasse oia enim Deus fecit ex nihilo.

Thales milesius qui unus e septem sapientibus fuit qui primus omnium quæsisse de causis naturalibus traditur. Aquam eẽ dixit:a q̃ nata sint oia. Deũ aũt esse mentẽ qui ex aqua cũcta formauerit. Ita materiã oium rerum posuit i humore: principium & causam nascendi posuit in deo.

Sibyllæ sunt.oẽs fœminæ uates est uersibus nũcupatæ: Vel ab unius delphidis nomine: Vel a cõsiliis deorũ enũciandis σιονσ eni deos:non θεουσ:& consilium nõ Λουλην sed Βουλίαν appellabãt æolico genere sermonis.itaq; Sibillã dictã eẽ q̃si θεοΒουλην.

Fortis uir ille solus debeat iudicari: qui temperans est:& moderatus est & iustus.

Citheron boetiæ mons thebis uicinus ubi liber pater nat⁹ est.ubi & orpheus primus sacra liberi celebrauit:qui mons quũ frequenter citharæ cantu personaret Citheron appellatus est.Ea sacra etiam nũc orphica noiantur:in quib⁹ ipse postea captus & dilaceratus est.

Anthropos ανθρωποσ hõ a græcis appellat̃ q sursum spectet. Vnde & Oui. Inquit os homini sublime dedit:cælũq; uidere iussit: & erectos ad sidera tollere uultus.

Diabolũ Διαβολον græci appellãt nos crimiatorẽ uocam⁹:q crimia in q̃ ipse illicit ad deũ deferat Est aũt malorũ spirituũ princeps.

Materia est ex qua fit aliquid.

Iumenta dicta sunt magnarum uirium animalia a iuuando:q in excolenda terra iuuarent.

Homo nũcupat⁹ est q fit fact⁹ ex humo deus eni hoiem figurauit ex limo terræ ad imagis suæ formã q̃ nihil põt eẽ pfecti⁹. Nemo aũt põt iure dici hõ:nisi q sapiẽs est.

Parcas tres eẽ uoluerũt:hic illud est Clotho colũ baiulat:lachesis trahit Atropos occat. Vna.n.uitam hoib⁹ ordit:Altera contexit. Tertia rũpit ac finit Incipim⁹.n. quũ nascimur:& sumus quũ uiuimus & definimus quũ interimus.Oia nãq; trib⁹ tpib⁹ cõtineri necesse est pterito:psenti.futuro.Præteriti ẽ origo:psẽtis substãtia. Futuri dissolutio:quæ oia in singlis hominibus appareant.

Paradisum.i.hortũ fœcũdissimũ & amœnissimũ in partib⁹ oriẽtis oi genere ligni arborũq; deus cõseuit:ut ex earũ uariis fructib⁹ aleretur hõ ex limo gñatus: experseq; oium laborum deo patri sũma deuotione seruiret.

Dæmonas grãmatici dictos aiũt pitos ac rerũ scios:hos aũt putãt deos esse.Duo uero gña Dæmonũ facta sũt. Vnũ cælesteal terrenũ.hi sũt imũdi spũs:malorũ que gerunt autores:quorũ Diabolus est priceps:cui ab initio d⁹ dederat terræ potestatem. Ipsi aũt in

spiritus cõtaminati & perditi per omnem terram uagantur:& sola tium perditiõis suæ perdẽdis hominibus operantur.Itaq; oĩa insidiis fraudibus erroribus cõplent adherẽt enim singulis hoibus & oẽs hostiatim domos occupant: ac sibi Genioꝶ nomen assumũt. sic enim latino sermone Dæmonas interpretantur.hos in suis penetralibus cõsecrant & uenerant quasi terrestres deos;: & quasi depulsores maloꝶ quæ ipsi faciunt & irrogant.Qui quoniã sunt spiritus tenues & incõprehẽsibiles ĩsinuãt se corporibus hominũ: & occulte in uiscerib⁹ operti ualitudinẽ uitiãt:morbos citãt somniis animos terrent. mentes furoribus quatiunt:ut hoies his malis cogãt ad eorũ auxilia decurrere. Nocẽt illi quidem sed his a qb⁹timent:quos manus dei potẽs & excelsa non protegit:qui ꝓphani sunt a sacramẽto ueritatis.Iustos autem:idest cultores dei metuũt cuius nomine adiurati de corporibus excedunt:quoꝶ uerbis tanq̃ flagris uerberati.nõ mõ esse se cõfitent:sed etiã noĩa sua edunt illa:quæ in tẽplis adorant.

Simulacra a simulatiõe.i. a fallacia dicta sunt.

Philosophia est:ut nomen indicat: studium sapientiæ.

Philosophus.i. quæsitor sapientiæ.

Scientia certi est:cuius est scire proprium.

Opinatio incerti:id enim opinatur quisq; quod nescit.

Humanitas plane uocatur miserationis affectus: quia humanitatis officium est necessitati hominis ac periculo subuenire.

Fortuna est accidentiũ reꝶ subitus atq; inopinatus euentus. Vulgus & imperiti fortunam putant esse quæ tribuit hominib⁹bõa & mala.Nam simulacrum eius cum copia & gubernaculo fingũt: tanq̃ hæc & opes tribuat & humanaꝶ rerũ regimẽ obtineat:cui opioni & Vergilius assensit:q fortunam omnipotentem uocat.& historicus qui ait:Sed ꝓfecto fortuna in omni re dominatur.

Deus:pater ideo appellãdus est: qa nos creauit:nobis etiam m⁽ta & magna largitur.Dominus ideo: quia regit:castigandiq; & puniẽdi habet maximam potestatem.

Immortalitas est regni cælestis hæreditas.i.summum bonum.

Sermo est spiritus cum uoce aliqd significare prolatus.

Logos & sermonem significat & rationem.

Iesus inter hoies noĩatur: Nã Christus non proprium nomẽ est nũcupatio potestatis & regni. Vnde ab unctione noĩatus est Christus:iesus autem latine dicitur saluator:quia cunctis gentibus salutifer uenit:

Emanuel significat nobiscum deus scilicet quia illo ꝑ uirginẽ nato: confiteri homĩes oportebat deũ secũ eẽ.i.in terra & in carne mortali.Id autẽ nomen propheta Isaias protulit dicens:ecce uirgo cõ

cipiet in utero:& patiet filium.&
uocabitur nomē eius Emanuel.
Ticionē uulgo appellāt extractum
ſoco torrē ſemiuſtū & extinctū
Teſtamētū Iccirco Moyſes & iidē
ipſi.prophetæ uocāt legem quæ
iudeis data erat: qa niſi teſtator
mortuus fuerit:nec cōfirmari te-
ſtamētum poteſt: nec ſciri qd in
eo ſcriptū ſit:quia clauſum obſi-
gnatū eſt.Itaq; niſi chriſtus mor
tem ſuſcepiſſet:aperire teſtamen
tum.i.reuelari & intelligi myſte
riū dei non potuiſſet.Verum ſcri
ptura omnis in duo teſtamēta di
uiſa eſt.illud quod aduentū do-
mini paſſionēq; anteceſſit.i.lex
& prophetæ Vetus dicit.Ea ue-
ro quæ poſt reſurrectionem eius
ſcripta ſunt.Nouum teſtamentū
nominatur.Iudæi ueteri utūtur:
Nos nouo:ſed tamē diuerſa nō
ſunt:quia Nouum ueteris adim
pletio eſt:& in utroq; idem teſta
tor eſt chriſtus:q ꝑ nobis mortē
ſuſcepit:Nos heredes æterni re-
gni fecit:abdicato & exhereda-
to populo iudæorum.
Religio nomē accepit a religādo:
quia hoc uinculo pietatis obſtri
cti deo & religati ſumus.Non au
tē ut Cicero interpretatus eſt ab
religēdo ut ſcribit ī libro de n.d.
Religio ueri cultus eſt.
Superſtitio falſi: Supſtitioſi enim
uocātur aut hi:qui ſuperſtitē me
moriam defunctoꝝ colunt: aut
qui parētibus ſuis ſupſtitibus co
lebant imagines eoꝝ domi tan-
q̄ deos penates.Nam qui nouos
ſibi ritus aſſumebant:ut in deoꝝ
uicē mortuos honorarēt: quos
ex hoīb' ī cælū receptos putabāt
hos Superſtitioſos uocabāt.Eos
uero q publicos & antiquos de-
os colerēt Religioſos noīabant
Vnde Vergilius. Vana ſupſtitio
ueterumq; ignara deorum.
Superſtitioſi qui multos ac falſos
deos colunt.
Religioſi qui uni & uero deo ſup-
plicant.
Sapientia eſt intelligētia uel ad bo
num rectumq; faciendum: Vel
abſtinētia delictorum factorūq;
improborum.
Stultus eſt qui:quid ſit bonū ac iu-
ſtū nō ſcit:& Ideo ſemp peccat.
Patientia eſt malorum quæ aut fe-
runtur aut accidunt cum æqua-
nimitate perlatio eſt autem ma
gna & præcipua uirtus Patientia
hæc enim perturbatum animū
ac fluctuantem ad tranquillitatē
ſuam reuocat: hæc mitigat hæc
hominem ſibi reddit qua quidē
ſtulti carent.
Virtus eſt iram cohibere:Cupidita
tem compeſcere:libidinē refre-
nare ideſt enim uitium fugere.
Lætitia eſt inſolēter ſe offerēs gau
dium.
Cupiditas eſt perſeuerans ac perpe
tua uoluntas.
Frugalitas eſt abſtinentia quidem
uoluptatum.
Liberalis is eſt:qui cibum & bene
meritis:& quum oportet.& quā
tum ſatis eſt:largitur.
Prodigus is eſt:qui & non meritis:

& quũ opus non est:& sine respe
ctu rei familiaris effundat.

Cogitatio nihil aliud est q̃ mentis
agitatio.

Bonus uir est qui prosit quibus pos
sit:noceat nemini.

Furias tres esse poetæ dixere: quæ
mẽtes hominũ exagitẽt:propter
tres affectus:qui hoĩes in oĩa fa
cinora præcipites agãt.Ira enim
ultionẽ desiderat.cupiditas opes
libido uoluptates.

Sanus.iustus pfectus ille hõ est:qui
ad alienã fœlicitatẽ non attollat
oculos:opes nõ admiref.alienã
mulierẽ sancte uideat.nihil om-
nino appetat nõ cõcupiscat alie-
na ñ inuideat ulli nõ fastidiat quẽ
q̃ sit humilis.misericors.bñficus
mitis.hũanus.pax in animo eius
perpetua uersetur.

Sacrificium est laus & hymnus.

Sapientia quæ soli homini data est:
nihil aliud est q̃ dei notitia.

Mẽs & aĩa nõ ide3 est.Aliud est.n.
qđ uiuimus:aliud qđ cogitam⁹.
nã dormientiũ mẽs:nõ aĩa sopi.
tur.& in furiosis mẽs extinguit
aĩa manet.& ideo nõ exanimes:
sed demẽtes uocãtur.Mẽs ergo.
i.itelligẽtia uel augef.ul minuit
p ætate.Aĩa i statu suo semp est.

Corpus uas est aĩæ:uel receptaculũ.
ita nec anima pars est corporis.

Hidaspes q fuit medo℞ rex antiqs.
simus:a quo amnis quoq; nomẽ
accæpit:q nũc hidaspedes dr̃ sub
interptatiõe uaticinãtis pueri ad
memoriã posteris tradidit subla
tũ iri ex orbe impiũ nomenq; ro
manũ:qđ multo ante præfatus
est:q̃ illa troiana gens cõderetur.

Ira cõmotio mẽtis est ac pturbatio
siqdem cũ in animũ cuiusq̃ inci.
dit uel ut sæua tẽpestas tãtos ex
citat fluctus:ut statũ mẽtis ĩmu-
tet:ardescãt oculi.os tremat.lin-
gua titubet dẽtes cõcrepẽt.alte-
rius uultũ maculet:nũc suffusus
rubor.nũc pallor albescens.

Ira ẽ:inqt Seneca:cupiditas ulciscẽ-
dæ iniuriæ.Alii:ut ait Possidõius
Cupiditas puniẽdi eius a quo te ini
que putes læsũ.Quidã ita diffini
erũt.Ira est icitatio aĩ ad nocẽdũ
ei:q aut nocuit:aut nocere uolu-
it.Cicero aũt ait.Ira est libido ul
ciscẽdi.Ira item est motus animi
coercenda peccata insurgentis:

Mors est dissolutio naturæ.

Caput dictũ est:q hinc capiant ini.
tiũ sẽsus ac nerui:in eo.n.est regi.
men totius animãtis.quod Var
ro ad Ciceronem scribit.

Frontẽ noĩatam Varro existimauit
ab oculo℞ cõcauis foraminibus

Aures ab audio uelut audes p ĩmu
tationẽ litteræ sunt nominatæ.

Oculos dictos esse Varroni placet:
quoniam eos deus ciliorum te-
gminibus occuluit ut munitio-
res essent ab iniuria.

Palpebræ quibus mobilitas inest a
palpitatiõe dictæ sunt:pi lis in or
dine stantibus uallatæ septũ ocu
lis decentissimum præbent.

Acies est mẽbrana illa perlucẽs.

Pupillas nuncupamus scintillas lu-
minũ media parte cõclusas:in q
bus puris ac subtilib⁹ cernẽdi sen

ſus ac ratio continetur.

Gingiuæ a gignendis dentibus nominantur.

Mētum deductū eſt clæmēter a genis, & ita inferius concluſum: ut acu men eius extremum ſignare uideatur leniter impreſſa diuiſio

Pollex digitus a cæteris ſepatus nomen accæpit: q̄ ui & poteſtate inter cæteros polleat.

Nares dictæ: quia per eas uel odor uel ſpiritus nare non deſinit.

Vir nominatus eſt q̄ maior in eo uis eſt: q̄ in fœmina.

Virtus a uiro nomen accæpit.

Mulier: ut Varro interpretaſ a mollicie eſt dicta īmutata & detracta littera uelut molier.

Mens uel animus nuncupatur ſenſus ille uiuus atq; cæleſtis: q qui dem tātæ mobilitatis eſt: ut ne tū qdē quū ſopitus eſt cōquieſcat: tātæ celeritatis: ut uno temporis puncto cœlum omne collnſtret: ſi uelit maria peruolet: terras & urbes peragret.

Harmoniam muſici uocant Intentionem: concentumq; neruorū in integros modos ſine ulla offēſione conſonantium.

Τέλος.

Emendanda quædam

Epiſtolæ modus.

Delctat: pro delectat.

Calendæ.

Velq;: p Vel q̄. Vidus appellatos. pro uidus apellatas.

De quinq; partibus.

Quod cōueniat: pro quid.

Barbariſmus.

Vt in fantibus: Immo ut in fatibus

Ab Externis laus.

Elarum. pro clarum. Fuiſſe oſtendimus: pro oſtendemus

Ab animo Laus.

Viciniasi pro uicinitas.

De Memoria.

In Theſſalia Simonidis. pro Simonides.

De Memoria in fine.

Primam crateram ad ſecūdam: an ad hilaritatem. Immo ſic Primā crateram ad ſitim. Secundam ad hilaritatem.

Impreſſum Venetiis per Ioannem Tacuinum de Tridino. 1508. die. 23. Maii.

Regiſtrum.

a b c d oēs ſunt quaternii preter d q̄ eſt ternus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

ANT. MANCINELLI.

Sermonum Decas: ad Angelum Colotium Aesinatem.

De Parentum Cura in Liberos. Ad. D. Iustinum Carosium.

De Filiorum erga Parentes Obedientia: Honore: & Pietate.

De Liuore Per Ant. Man.

Seria Meonidae Liuor detrectat/ & odit:
Ausonium Vatem nec sine labe canit.
Quid mihi uenturum mediter? quid? dum tamen ista
Qualiacunque legant: quid mihi liuor iners?
Liuidus allatrat passim quoscunque peritos:
Ast in secessu clam tenet: atque legit.

Modus Scribendæ Orationis.


Dolescens: quo ritu: qua ratione ualeas Orationẽ p te cõponere: ubi opus erit: paucis aperiam. Sunt q̄dẽ his decem libris Sermones. cxxvi. Nolens igitur meis omnino inhærere uestigiis: mutato ꝓlogo ex omnibus eandẽ: (de qua tractare uolueris) materiam continẽtibus: eligere tibi clausulas q̄ facillime poteris: eisq; una cõpactis orationem conficere. Illud autem erit huic exemplo. Si de natali christiāo: quid dicere uel de baptismo uel matrimonio: uel religione uel magistratu: uel in funere de laudibus honoratorum uirorum tibi forte acciderit: perlectis eiusdem materiæ orationibus illa excerpseris quæcūq; uidelicet usui tuo fuerint. Redactaq; simul in corpus unum nouā tibi orationẽ conficient: nec tum facile deprẽderis. Si uero unica erit oratio: uti illa de Agriculturæ laudib⁹: de amicitia: de historia: uerso ordine: mutatisq; uerbis tua fieri poterit. itaq; tuo iā marte ut aiūt sine doctioris ope & adminiculo: quam uoles orationẽ apte confeceris. Hactenus equidẽ mihi tum Romæ: tum Venetiis: tum alibi: sæpe acciderat: uti me adeuntibus atq; orantibus adolescentibus orationes aliquas de re illis tunc oportuna ipse componerem: Iam uero aperta iis semita ẽ: qua ipsimet nullo duce pergere ualeant: nec ulla in re materia ipsa defuerit. Vale candide lector: & me dilige.

ANT. MANCINELLVS.

Ad Angelum Colotium Aesinatem Litterarum Apostolicarum maioris Præsidentiæ Breuiatorem.


Ermonum Decadem Angele mi suauissime Cui dedicarem uoluẽrī mihi Tu quidem in primis occurristi: Norā & enim te studiosorum amantissimū: miraq; ꝓbitate clarissimū: comitate iuuenem: grauitate senẽ: libentissimeq; ocium tuum in litteris collocantem. lectitas nanq;: & edisces frequenter. Quod mihi certe nulli admiratiōi accessit: Nicolai sed enim patris: & Francisci patrui tui uestigia sectaris: quoꝝ Alter plurimū fidei & ueritate: & candore præstabat: Vnde in contubernio eius (sicuti & in tuo) nihil unq̄ nisi sanctum: nihil nisi honestum uidebatur: Alteri uero ingenium sollers: & Vtriusq; Iuris cognitio maxima inerant Qua de re & Ferdinādo Rẽgi Parthenopæo Consiliarius astitit. Cū ergo tua fides: & ueritas: & candor patẽti Studium & solertia patruo tuo respondeant: iure Mancinellus & merito suæ Decadi præesse te uoluit: Age iam munuscula eius hilari mẽte: serena fronte: manu benigna excipito. Vale. Sed nostri memor.

Ant. Mancinellus Veliternus Adolescentulis.

Diuersis Ego temporibus uarias rerum materias: palam uel per me uel per alios recitandas iampridem scripseram: hac uero æstate ocium nactus (oues enim pestilentia territæ pastorem me fugerant) plura cōposui: præsertim funebria: tristis & enim tristia scripsi / tempori suo conueniētia. Inde collecta omnia in libellos redegi: adolescentulorum gratia motus: ut quos presentis docere nō poteram: absentis docerem. ut scilicet haberēt: quo ipsi per se confugerent: siquādo eiusmodi sermone aliquo opus eēt: nec cogerentur amplius ita ut hactenus sæpe uidimus doctiores adire. ¶ In omni autem sermone: seu mauis oratione: Ego sermones appello: fere illa tria potissima oratoris seruaui: Tria nanq; sunt efficiēda dicēdo: ut doceatur is: apud quem dicetur: ut delectetur ut moueatur. Itaq; hæc legentes multa uidebunt: & ad doctrinam: & ad mores optimos facientia. ¶ Funebria maxime ultra sextum de religione & incarnatione libellum: uiuendi modum ostēdunt: Nam cuiusq; ætatis: uel conditionis homines: qualiter uiuere debeant: scribo: cōmemorans quidem eorum erga deum religionem: iustitiam. continentiam. uirtutesq; cæteras. Aegyptiorum more. ¶ Vbi etiam quod Platonicus Socrates admonet maxima parte seruaui: hoc est ut funebris oratio defunctos satis laudet: superstites benigne moneat: eorum filios ac fratres ad uirtutis ipsorum imitationem hortetur. parentes uero: & maiores alios: siqui supersunt: consoletur. Anteq; omnia generosam illorum stirpem laudet: deinde educationem & disciplinam. quæ etiam omnia: si non cuncta simul quolibet in sermone funebri executus sum: seruaui tamen in multis. ¶ Varias deniq; rerum materias coegi: quoniam iucundum nihil est: nisi quod reficit uarietas: Vnde etiam in Cœnis sumptuosissimis sæpe accidit: ut cum optimis satiati simus: Varietas tamen nobis ex uilioribus grata fiat. ¶ Præterea: q; quicunq; scribit multos sumit iudices: aliusq; in alterius liuet ingenium. Qualiacunq; hæc sint: nollem nisi quibus scripta sunt: perlegi. Docti doctorum hominum uigilias quærant: Esurientibus pratulum hoc: farrago hæc uitent: non saturis Egentibus nō affluentibus nostra Arcula pateat. Valete etiam atq; etiam: quibus hæc placuerint. Sed pro nefas: Cur me forsitan canino dente quis rodet: palam detrahens: legens in angulis? Hæc Velitris Nonis Sextilibus Anno Christianæ Salutis. M. CCCC. LXXXXV.

Tria in Oratore

Funebria

Funebris Oratio

Quibus Scribatur

mine syllii italici potissime contineatur ti.vii. Poetæ
❡Poetas obesse moribus.tit.octauo.
❡Poetas Eloquentiam:bonosq; mores efficere:tit.ix.
❡Quidnam poetica sit:quod Poetæ officium.quid Poema.quid itē poesis.quæ fuerint scribendæ poesi necessaria.qui poetici furoris effectus.q̄nam clarissimo poetæ sint oportuna & necessaria.de carmine postea.eiusq; uario genere/& scriptoribus. De Poeticæ facultatis cōmendatione postremo Vergilianæ Aeneidos.tit.decimo. Poetica
❡Amicitia quid.amicitiam morum similitudine maxime contrahi inter bonos tm̄.amicitiam in cōicatione & societate consistere:quā tum sit in amicitia iucunditatis & cōmodi.aicis q̄ñq; obsequendum amicitiam omnibus rebus humanis anteponendam.tit.xi. Amicitia
❡De.C.Lælio.&.C.Fannio.&.Q.Mutio Scæuola.Deinceps amicitiæ præcepta seriatim in Lælio descripta.ti.xii.
❡De Duobus Persiis.tit.decimo tertio. Persii
❡Cur in Exilium Ouidius ab Augusto missus.tit.xiiii. Ouidius
❡In Secundo Libello Sermones quattuor.
❡Medicinæ Laudes:& Patauini Gymnasii.tit.primo. Medicina'
❡Iuris Ciuilis præstantia.tit.secundo. Ius Ciuile
❡De Legum latoribus.tit.tertio: Legum Latores
❡Litteratorum Catalogo ascribendi petitio.tit.quarto.
❡In Tertio libello Sermones Vnus & uiginti.
❡De p̄toris officio:ubi scribit.cur leges cōditæ.qd priceps cauere debet:Iniustū iudicē a cāmyse excoriatū.de Iustitiæ laudibus.malos punidendos Inde de.iureiurando.ti.i. Prætoris Officium
❡De gubernatorꝶ reip.officio:ubi scribitur.quæ sint propria mūera magrātus.de iustitiæ laudibus:& imagine eiusdem Quales esse debēt iustitiæ Antistites.honestis rebus studentes honoribus ꝓsequendos. Quid sit iusiurandum.postremo/Religionis curā hn̄dam.tit.ii. Rectoris Officium
❡De officio eorundem:ubi scribitur.Ciuium utilitatem tuendam Totūq; reip.corpus curandum ne seditio oriatur.Ignobilium uirtutem nobilitatis inertiæ præferēdam.appetitus rationi obedire:rectorum mores prodesse:& obesse ciuibus.Accusatores i ciuitate necessarios.prauos puniendos.Iustitia qd sit:& eius partes.Religio:Pietas: Gratia:tit.tertio. Rectoris offi.
❡De Prætoris officio:ubi scribitur.prauos & impios puniēdos.prætorem & iudicem esse dei ministros litem non esse prorogandam.Iustitiam omnibus æqualiter ministrandam.Iram & Auaritiam uitandas.tit.quarto. Prætoris offi.
❡De officio eiusdē:ubi scribitur:ne quid temere fiat.clæmentia nil Prætoris offi.

laudabilius. puniendos ad reip. utilitatem referendos. ius omnibus idem fore. iram in puniendo cauendam. incurabiles exterminandos. singula cum ratione iudicanda. nullius personam accipiēdam. titulo quinto.

Rectoris offi. ¶De rectorum reip. officio: ubi scribitur: ta mgratu remp. omni cura gubernandam. omnibus eandē utilitatem cōem fore prauos puniendos. turpia uitanda nihil iniuste faciendum. gl̄iam ex tribus constare. qui maxime laudandi: & qui cōtemnendi. tit. sexto.

Rectoris offi. ¶De offi. eorundem: ubi scribitur: reip. rectores fore sapienter ciuitas quid sit. arma pro reip. salute tenenda impios exterminandos. cur principes constituti iustitiæ munus fides quid. ti. vii.

Prætoris officium ¶De Prætoris officio: ubi scribitur: Acuto homine & callido opus esse reip gubernandæ. hominum uitia cohercenda. Prætori & iudici fortitudinem & prudentiam necessarias. qui uere iustus. Lex quid flagitiosum uirum a tribunali arcendum. Leges araneorum telis esse similes. Consulenda esse optīa. Leges quando sint utiles. tit. octauo.

prætoris officium ¶De officio eiusdem: ubi scribitur. Sapiētes naturaliter aliorum rectores. nihil utile esse: quod sit iniustum: Equo iure omnes regendos. appetitum rationi obediturum. tit. nono.

Prætoris Concio. ¶Prætoris concio accæpturi Præturæ insignia: ubi scribitur. iustum quid. perturbationes fugiendas. Cōtumeliam repellendam. pecuniā contemnendam: ꝓpulsandam iniuriam. tit. decimo.

Prætor. concio ¶Eiusdem concio: ubi scribitur. omnium commodis consulendum prauitati non parcendum. Leges cur factæ. Iustitia quid. Iusiurandū ad quid pertinet. tit. undecimo.

Prætor. concio ¶Cōcio eiusdem: ubi scribitur: in iudiciis aspiciendam esse nullius gr̄am: sed æquitatem. Iracundiam pellendam. quæ sint tria iuris precepta. ab auaritia abstinendum iuramenti comites. tit. xii.

Prætor. concio ¶Eiusdem concio. ubi scribitur. curāda esse: quæ cōmodo sint reip. Ciuiles discordias tollendas. flagitiosos puniendos. p̄toris domesticos nulli offuturos. Iniustitia & Iustitia qd pariant: Temperantia qd sit. Ab ira cauendum. periurium quid. tit. xiii.

Prætor. concio ¶Concio eiusdem: ubi scribitur: rectoris p̄ntia tutandam ciuitatem. quod est æquum iudicandum. Dei ministros eē pretorem & iudicē. principatum prodesse debere populis. Iudicandum sine personarum acceptione. Ab muneribus abstinendum. Tria iustitiā impedire. piurium quando committatur. tit. xiiii.

Sceptri assignatio ¶Sceptri assignatio: ubi scribitur. quibus est resp. cōmittenda. nulla causa ab æquo discedēdum. quattuor cāis / amore odio / timore / auaritia / iniustitiam cōmitti. cōcordiam in rep. seruandam: Iniuriā ꝓpul

sandam. Quibus causis defensiones prætermittuntur.tit.xv. Assigna tio Sceptri
¶Assignatio Sceptri: ubi scribitur. Ignauum prohibendum ab rep. Sapientem/omnia bene curaturum.Reip.cōmoda conseruanda.Sceleratos puniendos: probos colendos. Iustitiæ bonum Iracundiā cauendam.sine psonarum acceptione iudicandum.tit.xvi. Sceptri assignatio
¶Sceptri assignatio:ubi scribit.iustitiā reuocādā.facinora expianda.uniuersos sine discrimie iudicādos.lucri cupiditatē fugiēdā.tit.xvii. Assigna tio Sceptri
¶Assignatio Sceptri:ubi scribitur:e ciuitatibus claris optimos eligēdos ad magistratum.Delicti pœnam nō omittendā. Sapiētiæ bona. quinam iustitiæ ministri.tit.xviii. Rectoris officium
¶De regētiū Remp.officio: ubi scribit.q ad mgratū assumi debēt. In Senatus collegio concordiā fore.Iustitiā seruandam. diligentiā pro reip.salute adhibendam. Cui opitulandum. quinam mgratum adipiscant. quales iudices eligant. Leges seruandas/& iustitiam repellendam.sic.nciues ꝑ patriæ salute mortē obibūt.iusiurādi religionem custodiendam.piuros in ægypto capite mulctatos.tit.xix.
¶De officio eorundē:ubi scribit: Sapiētiæ studiosos & usu peritos: nō uulgum insipientem Reip.ꝑponendos Et qui sint imperio digni. qualis iudex eligēdus.in cōsilio doctos adhibendos: uel usu peritos. benemerentes de rep.& honestis artibus imbutos merito honore afficiendos.quid prudentia sit: Quid sapientia: Religionis cultum in urbe non defore.Finem rei cuiuscunqꝫ inspiciendum.Reipublicæ. conseruatoribus in Cælo locum constitui. Quot ex periurio mala eueniunt.tit.xx. Rectoris offi.
¶Deliberat Senatus an pontificis legato aduenienti dona mittantur.tit.xxi.

¶In quarto libello Sermones.xxii.

¶Fides publica Prætoris optimi.tit.primo. Fides publica
¶Fides pu.Notarii diligentis.tit.secundo.
¶Fides pu.Prædicatoris egregii:tit.tertio.
¶Fides pu.Grati Prædicatoris.tit.quarto.
¶Fides pu.Summi Prædicatoris.tit.quinto.
¶Fides pu disertissimi Prædicatoris.tit.sexto.
¶Gratiarum actio conuiuis habenda.tit.Septimo.
¶Actio grarum comitantibus & officiosis habenda tit.octauo. Gratiarum Actio
¶Grarum actio comitātibus & officiosis habenda.tit.nono.
¶Actio gratiarum conuiuis habenda Nuptiarum tempore tit.x.
¶Gratiarum Actio Comitātibus & officiosis habēda per clericum nouo beneficio honestatum.tit.undecimo.
¶Actio gratiarum per eundem habenda.tit.duodecimo.

Matrimo- nium
Anulus
Sponsi

¶ Matrimonium quid sit: Quæ eius instituendi causæ: Quæ Matrimonii bona. de tribus pueris: & quinque facibus / & de nucibus in antiquorum nuptiis. de Anulo cur in digito sinistræ minimo proximo. de sponsis: quorum cuilibet quattuor sunt necessaria. tit. quinto.

Cõuiuiũ

¶ Conuiuium quid. prisci conuiuii consuetudo. conuiuarum numerus. Conuiuii res quattuor necessariæ. conuiuarum sermones & lectio. quid ciborum / uiniq; uarietas noceat. tit. sexto.

Nupti. priscæ

¶ De Priscis nuptiarum moribus: ubi illa narrãtur. uidelicet Nuptiæ unde dicũtur. Pudicitiæ simulacrum. Pueri tres nuptæ comites. Cur cærei quinque in nuptiis: cur nuces. Cur maritus uxori noctu cõiungi solet. Cur Sacramẽto Ignis & Aquæ nuptiarum fœdera sanciuntur. cur Vini usus olim Fœminis iterdictus. De Sacello Viriplacæ Deæ de Auspicibus / & paranymphis & pronuba. cur limen non tangebatur a nupta. cur thalassii nomen repetebatur cur olim uxores nihil coquebant. cur cingulo noua nupta precingebatur. cur postes Lupino adipe ungebantur. cur nam tris asses ad uirum nupta ferret. titulo septimo.

Matrimo nium

¶ Matrimonium quando fuerit institutum: & an id errore aliquo impediatur. titulo octauo.

Mattrimo nium

¶ Matrimonium unde dicitur: uolentibusq; illud cõtrahere cõfessionem in primis adeundam. titulo nono.

Pueri

In Decimo libello
sermones. xxiii.

Puella

¶ In funere Pueri: ubi aliqua de senectæ & uitæ lõgæ incommodis: breuisq; uitæ commodis. ti. i.

Vidua

¶ In funere Adultæ puellæ uirginis: ubi aliqua de laude uirginitatis: & cõtinentiæ. de cibi modo. de luxuriæ damno: & castitatis utilitate. postremo de uitæ huiusce malis. titulo secundo.

Nupta

¶ In funere Viduæ: ubi aliqua de pietate: de Elemosynæ bono. & pudicitiæ. deq; animæ a corpore exeuntis felicitate. titulo tertio.

Maritus

¶ In funere Nuptæ: ubi aliqua de Viri honore. de cultus qualitate. de uitæ nostræ malis: & incerto hominis statu. de mortis cõmodis. titulo quarto.

Vir cælebs

¶ In funere Mariti: ubi aliqua de innocente / & nocente. de obsequio in alios. quo pacto loquẽdum de curis uitæ presentis. de pacis bono & fortitudinis. de filiorum educatione. titulo quinto.

¶ In funere Viri cælibis: ubi aliqua de consolatore. de humilitatis

uirtute. de diuitiis spernendis. de subeundo iudicio ante Christi tribunal. de côuiuii parcitate. de legis diuinæ mandatis. de patientis laude. titulo sexto.

¶ In funere Vetulæ matronæ: ubi aliqua de linguæ honestate. de pudoris utilitate. de uanitate fugienda. de bonis a morte de dolendis. titulo. septimo. — Matrona uetu.

¶ In funere uetuli uiri: ubi aliqua de morte senibus conueniente. de continentia. de ocio fugiendo. de septem petitionibus dominicæ orationis: de gaudio seruientium deo. de filiorum instructione. de diebus & annis uitæ nostræ constitutis. de uitæ miseriis. tit. viii. — Vir Vetulus

¶ In funere Generosi uiri: ubi aliqua de misericordiæ bono: & humilitatis. de sup̄biæ malis. de opib⁹ mi̅sicordiæ. de sepultura de clæmétia. de iræ comitibus. de pacis bono. quid sit cõfessio: quid uir sine litteris. de scripturæ sacræ uirtutibus: quæ mortis commoda. titulo nono. — Vir generosus

¶ In funere uenerandi Episcopi: ubi aliqua de uitanda iactantia: de ieiunii bono. de uitandis fœminis. de pastoribus ecclesiæ negligentibus. de or̄onis frequentia. de cibi modo. quorum libri legendi & qualiter. inimicis cur benefaciendum qualis Episcopi uita. de ordine Episcopali. de uitæ malis. de imperitis arrogantibus fortunatis, de peritis infelicibus. tit. x. — episcopus

¶ In funere pii reuerendiq; Sacerdotis: ubi aliqua de bonis ecclesiarum. De Clerico negociatore. de scientia diuine legis. de præsbyteri sermone. de salutari sacrificio. de honesta cõuersatione. quid sit castitas. de orationis tempore: de inuidiæ malis. Luxuria quid sit. & quæ eius mala. de puro animo sacrificantis de obedientiæ bono. tit. xi. — Sacerdos

¶ In funere sacri Theologi Pauli Callarii: ubi aliqua de obedientiæ bono. de abstinentiæ uirtute & paupertatis. de orationis frequentia. de temperato cibo. de mulierum fuga. de pacis uirtute. de resurrectionis felicitate. ¶ De Leonardi Coni summi Theologi laudibus. titulo duodecimo. — Theologus

¶ In funere clari præceptoris: ubi aliqua de discipulorum eruditione de inuidia. de castitate. de reprehensione. de ira. de cruce. de innocentia. de malorum solatio. de patientia. de Philosophis & Poetis. de tolerantia. de uigiliis. de lege uitæ & mortis. de duabus uitis. tit. xiii. — præceptor

¶ In funere studiosi Discipuli: ubi aliqua de parente. de studiosis. de Luxuria. de pudicitia. de Mundi malis. de sapiente. tit. xiiii. — Discipul⁹

¶ In funere clarissimi Medici: ubi aliq̄ de morboꝝ causis. de regno cælesti. de ieiunio. de tolerantia. de sapiētia. de superbia. de lugēdo mortuo. titulo decimo quinto. — Medicus

Finis Tabulæ. & Titulorum.

¶Primus Sermonum Libellus: de Auspicandis Poetis: Historicis: Oratoribus: continet Sermones. xiiii.

¶De Laudib9 Agriculturæ: seu Rusticæ uitæ: De Agriculturæ Scriptoribus. De Inuentoribus: & Commodis Astronomiæ. Titulo. i.


Ellem hodie Carneadis mihi facundiam dari hominis quidem omnium in dicendo (ut scribunt) acerrimi & copiosissimi. Plures enī hic adsunt Galbæ: plures Aemylii Crassi multi: Gorgiæ quāplurimi. Verum illa deficiente fretus omnium humanitate ubi locum ascendi: aliqua breui oratiōe expediam. Dicam itaq; (ubi Georgicorum opus profiteri constitui) Agriculturæ seu Rusticæ uitæ laudes aliquas: & eius scriptores non paucos. Inde uero Astrorum scientiæ inuentores: eiusdemq; uires & commoda: breui quoq; perstringam: Ea nanq; Agriculturæ adiungitur. De qua: ut pollicita exequar: aliqua minime cōtemnenda memorare incipiam. Adeste quæso. ¶Cum duæ uitæ traditæ sint hominū: Rustica & Vrbana: antiquior ē multo rustica: prius enim rura coluerunt homines: q̄ urbem haberēt. Neq; solum antiquior cultura agri: sed etiam melior: Vnde qui eam colerent piam & utilem uitam agere credebant. Omnium siquidem rerum: ex quibus aliquid exqritur nihil ē Agricultura melius: nihil huberius: nihil dulcius: nil homine libero dignius. Dirigitur ea ad duas metas: ad utilitatem & uoluptatem: Vtilitas quærit fructum: Voluptas delectationem. Hinc Homerus Laertem lenientem desiderium: quod capiebat e filio colentem agrum: & eum stercorātem facit: Agro enim bene culto nihil potest esse: nec usu huberus: nec specie quidem ornatius. Nec uero sine causa olim præponebant: Rusticos Romanos. Vrbanis: Quoniam qui in oppido sederent: q̄ qui rura colerent: desidiosiores putabant.

Agricultura Rustica uita

¶Romulus item: quo temperanter omnes uiuerent: & iusta potius q̄ lucrosa eligerent: tum ad tolerantiam laborum meditandam: nullamq; pecuniam pretiosiorem uirtute æstimandam: desides omnis & sordidas: cupiditatumq; turpium allectrices artes ut corrumpētes delentesq; corpus & animum exercentium: Seruis & aduenis tractandas exhibuit: durauitq; diutissime probro habita esse apud Romāos hæc opera: neq; ea cuiq̄ Roma oriundo exercita. Duo uero tantū studia reliquit liberis: Agriculturam: & Belli artes: Videbat enim q; hac uita homines temperatiores fierent: atq; Venereis illecebris minus caperentur: Imperfectamq; putans utranq; uitam alteram ab altera separatam: eosdem militarem simul & rusticam uitam uiuere insti-

Romuli institutio

Agricultura Militia

Sueui tuit:Vt & pace & bello exercitio non carerent. Hunc autem uiuendi
morem/etiam apud Sueuos legi/Germãorum omnium bellicosissi-
mos:qui centum pagos habere dicuntur:e quibus quotannis singu-
la milia Armatorum bellandi causa e finibus educunt:Reliqui uero
qui domi manserint/se atq; alios alunt:Hi rursus inuicem anno post
Numæ in armis sunt: Illi domi remanent: Sic neq; Agricultura/neq; ratio
Institutio atq; usus belli intermittit:Sed priuati ac separati agri nihil est. ¶Nu-
mæ quoq; quod Pompilio non minori curæ quam Romulo fuisse
Agriculturam legimus: Considerans enim Ciuitatem necessaria af-
fluentia abundare oportere: Agrum omnem diuisit in eos/qui pagi
uocantur. Præfecitq; pagis singulis singulos magistratus/ispectores
& custodes suæ quosq; partis: qui circumeuntes assidue: bonosq; &
malos describentes agricultores:Regi deferebant:Isq; laudibus pro-
sequens diligentes agricolas & comitate complectens: Segnes autẽ
& ignauos opprobriis insectãs ad colendos agros melius quenq; in-
uitabat. Atq; ita liberati bellis & urbanis negociis multũ ocii nacti:
coloni omnes fiebãt:Hinc ait ille:Pascebatq; suas ipse Senator oues:
Vnde & Quintius Cincinatus obsessi cõsulis & exercitus Liberator:
Quītius ab Aratro uocatus ad dictaturam uenit:Ac rursus Fascibus depositis
Cincinatꝰ ad eosdem Iuuencos rediit. Itemq; Gaius Fabritius: & Curius Denta
Fabritius tus:Alter Pyrrho finibus italiæ pulso:domitis alter Sabinis: accepta
Curius quæ uiritim diuidebantur captiui agri septem iugera:non minori in
C.Lyciniꝰ dustria coluit: quam fortiter armis quæsierat. Caius autem Lycinius
ugera Tribunus plæ. primus populum ad Leges accipiendas in septem Iu-
septem gera Forensia e comitiis eduxerat. Siquis præterea agrum suũ passus
Segnis fuerat sordescer: eũq; indiligẽter curabat:ac neq; arauerat neq; purga
agrico uerat: Siue qs arborẽ suã Vineãq; habuerat derelictui:ñ is sine pœna
fuit:sed erat opus Censorium. Censoresq; ærarium faciebant: Erat
etiam Censoria castigatio minus arare quam uerrere:q; sine Agricul
tura nec cõsistere mortales nec ali posse manifestum est. Quod Indi
intelligentes sinunt Belli tempestate in campis opus Rusticum exer
cere Agricolas absq; cura ab omni discrimine belli procul: hostes in
præliis mutua cæde grassantur: Agricolis nulla in re nocent:sed inta
ctos relinquunt tanq̃ communis utilitatis ministros: Quod quidem
si etiam apud Christianos: uti par esset: usu ueniret: & Ciuibus & Agri
colis & Militibus ipsis: quam optime consultum esset. At Cum Bella
Agricultu sint occulte peccatorum & scelerum pœnæ ut ille inquit haud equi
ræ dem mirum si nulli hominum gñi nulliq; ordini parcitur. Iam uero
scriptores Scriptorum Nomina uti pollicitus sum exequemur. ¶Sunt qui de

Agricultura Scripſere permulti Vt legimus: Hieron Videlicet Sicu
lus: Democritus Phyſicus. Xenophon Socraticus: Ariſtoteles &
Theophraſtus Peripatetici. Archias Pythagoræus. Amphilochus
Athenienſis. Apollodorus. Antigonus Cynicus. Ariſtandius Athe
nienſis. Bacchius Mileſius. Dion Soleus. Chereas Athenienſis.
Diodorus Prienneus. Bion Colophonius. Epigenes Rhodius. Eu
phranii duo. Menandri duo. Pythion Rhodius. Androcyon Aeſcha
rion Ariſtomenes. Athenagoras. Crates. Dades. Dionyſius. Eupho
rion. Lyſimachus. Meneſtarchus. Theophilus. ii. omnes & pſes qui
dem ſoluta oratione ſcripſerunt. Quidam etiam uerſibus: ut Heſio
dus aſcræus. Menecrates Epheſius. Nicander etiam Colophonius:
Heſiodus autem ut legimus princeps omnium de Agricultura præ
cepit: Mago Carthaginenſes pœnica lingua res diſperſas compre
hendit Libris duo de triginta. quorum Caſſius Dionyſius uticenſis
uertit libros uiginti Græca lingua. Hos autem utiliter ad ſex Libros
redegit Diophanes in Bithynia quos miſit Deiotaro regi. Apud Ro
manos deniq; de agricultura primus Cato inſtituit: quam deniq;
Marcus Terentius Varro expoliuit: Mox Virgilius laude carmi
num extulit. Nec minus ſtudium habuerunt Cornelius Celſus: &
Iunius Moderatus Collumella: Exinde Plinius maior quam plu
rima ſcripſit. ¶ Qui demum ſe in Agricultura perfectum uolet pro
fiteri/ſit oportet rerum naturæ ſagaciſſimus: declinationum mundi — Agricolis
non ignarus: ut exploratum habeat/quid cuique plagæ conueniat: — Neceſſa
quid repugnet. Siderum ortus & occaſus/ſeu mauis emerſum & oc — ria
cultationes memoria repetat: Ne imbribus uentiſq; iminentibus
opera incohet: laboremq; fruſtretur. Cæli & anni præſentis mores
intueatur: Quæ quidem prænoſcere ſine lumine animi/& ſine ex
quiſitiſſimis diſciplinis/quenquam non poſſe crediderunt. Et quia
ſiderum mentio facta eſt: par eſſe uidetur: ut de Aſtronomia aliqua
referantur: ſine cuius ſcientia manca foret agricultura: de qua dixit
ille: Tempus in agrorum cultu conſumere dulce eſt. ¶ Aſtrorum
itaq; ſcientia inuenta eſt ſecundum Origenem ſeu longa obſerua — Aſtrono
tione/ſeu demonum quidem ſolertia qui ordinem ſuum tranſgreſſi — miæ
multa hominibus ſuggeſſerunt. Sunt tamen qui deorum benefi — Inuentio
cio inuentam putent: Manilius primo libro: Mercurium inuen
torem aſſeruit: dixit enim. Tu princeps: autorq; ſacri Cyllenie tanti: — Cyllenius
Per te iam cælum in terris: iam ſidera nota. Ioſephus uero alter
ſentit: nam ſcribit Adam duas Columnas reliquiſſe: unam Aene — Adam
am alteram Lateritiam: in quibus Siderum motus deſcripſerat:

Ne per æquæ & Ignis diluuia: quæ futura esse cognouerat: ea scientia quandoq; perderetur. Lactantius autem secundo libro inquit: omnium primi qui Aegyptum occupauerant cælestia suscipere / atq; adorare cœperunt: Et quia domiciliis non tegebantur propter aeris qualitatem: nec ullis in ea regione nubibus subtexitur cælum: cursus siderum & defectus notauerunt: dum ea sæpe uenerantes curiosius atq; liberius intuerentur. Diodorus in quarto / Atlantem Astrologiæ peritissimum scribit / de Spæra primum inter homines disputasse: qua ex re uisum ēe orbem suis humeris sustinere / locum præbēte fabulis Sphæræ inuētione. Plynius libro Septimo Atlantem Libyæ filium Astrologiam inuenisse ait: Alii dicunt Assyrios: Sphæram uero in ea Milesium Anaximandrum: Siderum obseruationem in nauigando Phœnices. ¶ Hæc autē solis ac lunæ uarios cursus: Hæc meatus siderum: Hæc rationem temporum deprehendit. Hac item pendentia fata discerni possunt: Hac cuiq; nascendi dies qualis fuerit: & qualis uita ostenditur: Vnde Manlius, libro tertio Fata quoq; & uitas hominum suspendit ab astris: Sic felix aut triste uenit per singula fatum: Hac horæ prospæ & infelices iudicantur: Hac optimus quisq; Astrologus multa mala prohibere potest: quæ secundum stellas uentura essent. Nam cum earum naturam præsciuerit / sic eum præmuniet / cui mala uentura sunt / ut cum uenerint possit illa pati: quod etiam asserit Ptolomæus. Hac etiam / uti aiunt / Ad humanarum diuinarumq; rerum notitiam peruenimus: Hæc omnium salutem conseruare ostendit: Huius deniq; operis uires Aegyptii maximas demōstrarunt. In omnibus enim libris medendi scientiam stellarum prognosticationibus coniunxerūt: eo scilicet ut existentium complexionum qualitates / per stellas deprehēderent: necnō & accidentia corpori euentura. Est itaq; Siderum scientia quodammodo necessaria & perutilis. Iam quidem operæ pretium esset / ut de Poetica aliqua dicerentur: Verum quia paruo libello iam edito Cuius Titulus est de Poetica uirtute / q̄ plurima ostendimus: superuacuum hoc loco repetere uisum est. De poeta quoq; omnium summo aliquid licerem: Sed quia ut ait Symnachus / Hæc est Maronis gloria ut nullius laudibus crescat / nullius uituperatione minuatur / Silendum censeo: Finemq; orationi impono. Dixi.

Aegyptii

Atlas

Astronomiæ commoda

Fata

Medicoaccia Astrono

Maronis gloria

¶ De Diuersis Vitiorum / Virtutumq; effectibus / in Iuuenalis Satyrici Poetæ Laudem: Is eni quæ Mala / quæ Bona sint edocens / scribit quid Vitia / quid item Virtutes hominibus pariant. Tit. Secūdo.

Quāto mihi



Vanto mihi ingenio Quãta item teq; doctrina facũdiaq; opus esset:quo plane omnibus satisfieret Viri clarissimi. Quis non uiderit? Sed quanq̃ minima omnia/non propter id áb uirtutis officio cessare uisum. Itaq; diuersos uitiorum uirtutũq; effectus exponã Haud abre profecto: Sum nanq; Iuuẽalis elegantissimi Satyras annuente deo expositurus: Vbi quidem quæ mala quæ bona sint edocebimur: Scribit enim quid uitia quid item uirtutes hominibus pariant. Ideo ab deorum immortalium neglecto cultu incipiam: Quicunq; etenim impius deosq; negans/ad omne scelus paratum sese ostendit. Quid nanq; bonos a malis segregat nisi deorum metus atq; religio? quos plures esse participatione/nec sancti uiri negarunt. Poetæ etiam deũ unicum omniumq; rectorem asseruerunt/atq; omnipotentem. Sine q; eo bonum aliquem uirum esse q̃ plurimi/iure negant. Hinc Fabulati antiquitus Gigantes e Cælo deos pellere uoluisse: quosdã enim fuisse deos negantis accæpimus. Hinc primæ scelerum causæ mortalibus: quæ sane omnes perditum eunt: ut passim uidere licet.

Impius

Deus

Gigantes

¶Impietate quippe Dionysium illum Syracusium Regno eiectum scripsere: de eo nanq; legitur: Ille Syracusia modo formidatus in urbe/Vix humili duram reppulit arte famem. Coactus siquidem Corinthi Pueros (quo uictum caperet) edocere: q; nec dignus Honore est prauus. Cum honor præmium sit uirtutis: ac bonis hominibus tribuatur. Superbia Tyberium Gracchum & Caium fratrem/Catilinamq; etiam/turpi & sæua cæde obiisse: Auaritia Marium illum priscum/damnatum & urbe pulsum: q; hæc illis semper accõmodatur: qui magis q̃ oportet pecuniis student: quanq̃ senectus etiam & imbecillitas omnis auaros uidetur efficere. Luxuria Romanos Regibus exilium indixisse & urbe omnino fugasse: Hæc enim maxime impedimento prudentiæ: nemo nanq; dum est in illa/mente quicquam prospicere potest. Iræ Thyesten Exitio graui strauere: & altis urbibus ultimæ stetere causæ/cur perirent: Funditus: & impimeretq; muris Hostile aratrum exercitus insolẽs. Iræ deniq; sunt quæ corpus etiam manifeste permutant nonnullosq; in furorem ac insaniam adigunt. Et ipsi etiam homines/quum irascuntur/dolent: Qui uero pro quibus/& quum oportet irascitur/laudatur: At qui non irascuntur/& quibus/& quãdo fuerit opus/ fatui esse uidentur. Gula primos omnium parentes/felici & quasi cælesti uita priuatos. Inuidia/sapientissimum Socratem nostriq; decus Eloquii Ciceronem/uitales auras morte fœtidissima reliquisse. Veneficio Claudium eiusq; Britannicum filium obiisse: Quæ quidem scelera omnia talem euentum

Dionysius

Honor

Superbia

Auaritia

Luxuria

Ira

Gula

Inuidia

Venefitiũ

minime sortita essent: quum eorum quisq;: uti par fuerat: poetaq; no ster Satyricus admōet Cælicolum metu Religioneq; nō caruissent.

Virtus ¶ Si uero uirtutis opera perscrutabimur: quisq; profecto animaduer tet: sine illa beatam felicemq; uitam constare nō posse: Felicitas enī consistit in operationibus: quæ ab uirtute ꝓficiscuntur. de qua scire non satis est: sed euitendum ipsam habere/ac uti: Sola nanq; Vitia

Virt' qd fugat: Vnde q̃ optime scribitur: Virtus est Vitiū fugere: Virtus Affe ctio est animi constans cōueniensque: Laudabiles efficiens eos: in q bus inest: bonum autem mētis uirtus est. Hinc omnia/ quæ pulchra: honesta: præclara sūt: Et quod per uirtutem efficitur: afficit uolupta te. Quis igitur ad eam capessendam totis uiribus non enitatur? Quo autem pacto haberi possit: Quis nam Musarum Sacerdos aperuit: uti noster? Hinc merito Vatum Sanctissimus appellari potest: Itaq; eius dogmata atq; præcepta intellecturi cognoscent: quæ certe haud in

Morati omnibus uires habere poterunt: ni prius auditorum animi moribus culti fuerint, ad recte gaudendum ac ad horrendum qui nanq; cum perturbatione degunt: minime ea uerba audient: quæ dehortantur neq; intelligent. Idcirco bene institutum moribus eum esse oportet:

Prudētia qui de honestis & iustis: & omni Ciuili ratione ē sufficienter auditu rus: Quæ autem moribus instituant: Poeta ipse ostendet: Prudētiæ siquidem effectus habebimus: Cuius finis est quidnam sit agēdum: aut non agendum præcipere: pateatq; prudentem: neminē esse posse nisi bonum: & qui noscat: ea quæ sibi ipsi bona fuerint: & in illis uer

Fortes satur. Sed quid de Fortitudine dicam? Nonne plēissime edocet Iuue

Magnanimi nalis: quæ sint agenda: ut fortes magnanimiq; efficiamur? Sunt enī ꝓprie fortes: seu magnanimi: q circa honestā mortem: & ea omnia quæ repente eueniunt: atq; afferunt ipsam interriti manent: qui nec uehementer in prosperitate lætantur: nec nimium in aduersitate do lebunt: Nec etiam fuerint memores sibi illati mali: q; non est Magna

cōtinētia nimi meminisse præsertim mala: sed despicere potius: Nec ut laudet

Cōstātia ipse: Nec ut alii repræhendantur est illi curæ. De Continentia uero

Temperātia idem quoq; q̃ plurima nos admonebit: quam quidem in superando consistere dicunt: uti Constantiam in resistendo: Ipsamq; Temperan tiam circa Corporis Voluptates: non Animæ uersari notarunt. Vn de abstinendo ab Voluptatibus efficimur temperati: Nos enim ipsi quia magis ad Voluptates sumus procliues: Facilius ad intempe

Iustitia rantiam q̃ ad Modestiam Inclinamur. Iustitiæ quoq; in eo Variis sæ pe Locis exempla: seu præcepta inueniuntur: quæ sola: ut aiunt perfe cta est uirtus: atq; propterea iustitia ipsa præclarissima uirtutum esse

Iustitia uidetur: Vnde q̃ optime dici potest Iustitia in sese uirtutes continet

omnes. Est enim naturæ conuentio in adiutorium multorum inuenta. Seu secundum Philosophum: Iustitia Virtus est animi cuiqꝫ secundum merita distribuens. Vtqꝫ iustus habearis non solum non nocebis: sed etiam nocẽtes prohibere. scurraueris. Siquis ita Iuuenalem ipsum Diuinum sane Poetam: Morumqꝫ Censorem q̃ optimum non amauerit: amandoqꝫ intelligere & discere non curarit quantum ab ipso Virtutis uestibulo seu Fõte abberret omnium sit Iudiciũ. Dixi.

¶ Quid Historia. Quid Annales. Quid Ephimeris. idest Diarium: Qui Scriptores uetustiores: Quæ Lex. quæ Ratio. q̃sue ordo: quænam utilitas sit historiæ. Tit. 3.



Alerii Maximi Electorum Commentarios omni uirtutum genere probatissimos expositurο mihi uiri præstantes/de Historia prius aliquid dicere/uisum est operæ pretium. Qua de re/quid historia: quid Annales: quid Ephimeris idest Diarium differam. Exin uero scriptorum uetustiores. Posthæc: quæ Lex: quæ Ratio: quisue Ordo. quænam utilitas sit historiæ breui expediam. Quis quis ades attendito curiosius. ¶ Historiam quidem esse aiunt: Rerum gestarum uel expositionem: uel demonstrationem uel narrationem. Earum tamen proprie rerum esse historiam. quibus rebus gerendis interfuerit is: qui narret Hinc ab Historco uerbo græco dictam uolunt: quod est uideo: cognosco: narro. Annales uero proprie libri dicuntur: ubi res gestæ plurimum annorum: obseruato cuiusqꝫ anni ordine deinceps componuntur. Quum tamen nõ per annos: sed per dies singulos res gestæ scribuntur. Ea historia græco uocabulo Ephimeris idest Diarium dicitur. Cæterum Legimus Annales omnino id esse: quod historiæ sint: historias non omnino esse id quod annales sicuti quod est homo: id necessario animal est: quod est animal: non id necesse est hominem esse. ¶ Sed erat olim historia nil aliud: nisi Annalium confectio: nam ab initio rerum Romanarum usqꝫ ad. P. Mutium pontificem Maximum res omnes singulorum annorum mandabat litteris Pontifex Maximus: efferebatqꝫ in album: ac ꝓponebat tabulã domi: potestas ut esset populo cognoscendi: Iiqꝫ Annales Maximi diceban tur: quasi a pontificibus maximis facti: uel consecrati: ut ille inquit: sic Cato: sic Pictor: sic Piso: sic multi alii scripserunt. Qui certe sine ullis ornamentis monumenta solum temporum: hominum: locorum gestarumqꝫ rerum reliquerunt. Itaqꝫ qualis apud Græcos Pherecydes Syrus: qui prosam orationem condere instituit tempore Cyri Regis: qualis Hellanicus: & Acesilas fuit: aliiqꝫ permulti. Talis

Historia

Historeo

Annales

Ephimeris

Diarium

Historia

Annales Maximi

Cato

Pherecydes

Prosa Oratio

Cato
Pictor
Piso

noster Cato[& Pictor/ & Piso: qui neq; tenebant/ quibus rebus orne tur oratio: & dum itelligeretur/ quid dicerent unam dicendi laudem putabant esse breuitatem. Paulum se erexit/ & addidit historiæ maio rem uocis sonum uir optimus Crassi Oratoris familiaris. L. Cœlius Antipater. Apud Græcos aũt eloquentissimi homines ad scriben dam historiam maxime se applicauerunt: Vt Herodotus: qui prin ceps genus hoc ornauit. Et post illum Thucydides qui omnes dicen di artificio facile uincit: ita enim est creber re℞ frequentia: ut uerbo rum prope nu me℞ sententiarum numero sequatur. ita porro uerbis est aptus & pressus/ ut nescias Vtrum res Oratione/ an Verba senten tiis illustrentur. Hunc Consecutus est Syracusius Philistus Dionysii Tyranni Familiarissimus: Maximeq; Thucydidem est imitatus; Po stea uero quasi e clarissima Rhetoris officina duo pstantes ingenio Theopompus & Ephorus Socrate mgro ĩpulsi se ad historiam cõtu lerunt. De qbus qdem aiũt dixisse Socratẽ: se calcaribus in Ephoro contra aũt in Theopõpo frænis uti solere: Alterum enim exultantẽ uerbo℞ audacia/ reprimebat: Alterum cunctantem & quasi uerecun dum incitabat. Deniq; etiam a philosophia profectus priceps Xeno phon: Socraticus ille: Post ab Aristotele Callisthenes Comes Aelxã dri scripsit historiam: & is quidem Rhetorico: pene more: Ille autem superior leuiore quodam sono est usus. Minimus natu horum oĩum Timæus longe eruditissimus: & rerum copia & sentẽtia℞ uarietate abundantissimus & ipsa compositione uerbo℞ non impolitus: ma gnam eloquentiam ad scribẽdum attulit. Cadmus autem Milesius historiam primus omnium condere instituit. Possem & plures tum Græco℞/ tum Latinorum scriptores enumerare. sed ista satis ut ad re liqua pergam. ¶ Prima igif historiæ Lex: nequid falsi dicere audeat: Deinde nequid ueri tacere: neq; suspicio gratiæ sit in scribendo: neq; simultatis: quæ fundamẽta nota sunt oĩbus: Itaq; nonnunq̃ summis laudibus extollere Inimicos debet: quum res gestæ eo℞ ita exigere uidenf: interdum amicos necessariosq; rephendere quũ errores eo℞ digni suntq rephẽdãf. Ac ueluti siquis oculos aĩanti effoderit: quic qd supest corpis iutile sit: ita dẽpta ex historia ueritate narratio oĩs iutilis ẽ. quã ob rem neq; a rephẽsione aĩco℞/ neq; ab inimico℞ lau dibus/ cum ita res ferat abstinẽdũ. ¶ Ipsa uero exædificatio posita ẽ: in rebus & uerbis. Rerum ratio: ordinẽ tpm desiderat: Regionumq; descriptionẽ: Vult etiã in rebus magnis/ memoriaq; dignis/ ut Con silia primũ/ deinde acta explicẽf: postea euẽtus expectãf. Nã prĩo cõ sulit ur: deiñ actionem sequitur euentus. Diceturq; primo: qñ: deinde ubi quæq; res gesta fuerit. In cõsiliis significẽf: quid scriptor pbet uel

L. Cœlius Antipater
Herodot⁹
Thucydides
Philistus
Theopõpus
Ephorus
Xenophõ
Callisthenes
Timæus
Historiæ Lex
Rerum Ratio

uitupet: in rebus gestis declaref q̄d actū aut dictū sit: quū de euētu di cet: causæ explicentur omnes uel casus: uel sapientiæ: uel temeritatis: quicquid enim euenit uel Casu accidit: uel Ratione & Consilio geri tur: uel Temeritate admittitur. Hominumq̄ ipsorum non solū Res gestæ Narrentur: Sed etiam/ qui Fama ac nōie excellat: de cuiusq̄ na tura: ac uita scribaf. ut laudenf qui laudandi sunt: uituperenf uitupe rādi. Verborum autē ratio/ & genus orationis fusum planum & sine asperitate ulla: atq̄ tractum & cōtinuum: & cum lenitate & suauitate quadam æquabiliter profluens prosequendum est. Tractentur & di sertissime conciones/ & cohortationes Imperatoris ad Milites: Con solationes doloris: Præcepta bene uiuendi: Admonita bene instituē di: Pugnaq̄ ipsa ordine describaf. Sed nihil est in Historia pura & illu stri breuitate dulcius. ¶ Ad uitæ deniq̄ īstitutionem utilissima histo ria censenda est: Nam mores nostros effingit ad uirtutem: ad hone stum impellit: detestatur uitia: probos extollit: deprimit improbos: ac rerum: quas describit experimento plurimum confert ad rectam uitam: ostendit enim legentibus præteritorum exemplis/ quid nobis appetendum sit/ quidue fugiendum: Hinc priuatos uiros imperio di gnos efficit: Imperatores ob immortalem gloriam ad præclara faci nora impellit. Milites ꝓpter laudē: quæ mortuos sequitur: promptio res efficit ad pericula pro Patria subeūda. Improbos timore infamiæ ab malis facinoribus deterret. Deniq̄ omnium rerꝫ: quibus felicitas hominis paratur: Laudem præcipuā causamq̄ historiæ tribui decet. Est enim eorum custos: quæ cū uirtute acta sunt: testem se malefactis beneficamq̄ erga omne genus hominum præbens. Etenim cætera monimenta paruo tēpore durant uariis casibus disturbata. Historiæ uirtus ꝑ uniuersum Orbē diffusa ipsum quod cætera cōsumit tēpus custodē sui habet. Affert præterea multum opis Eloquētiæ: qua nil ferme præclariꝰ repif. Cū nihil aliđ sit Eloquētia: nisi copiose loquēs Sapiētia. Debet aūt Historicus/ primū q̄dē materias eligere pulchras & excellētes plurimāq̄ Vtilitatē his: qui lecturi sunt afferentes: Dein de parare cōgruas Scribendæ Materiæ Facultates multa cū Diligen tia atq̄ Industria. Quæ sane omnia Valerius Maximus ad unguem Executus est. Quo circa nullius historia ulla est: quæ plus homini bus iucunditatis & cōmodi exemplorum numero afferī possit. Ideo q̄ eius electorum commentarii interdiu ac noctu manibus uersandi sunt: Deq̄ iis agendum: quod de Homero Arcesilaus Phūs in dicen do grauissimus: & in scribēdo satis exercitatus: agere solebat. Home ri enim adeo studiosissimus erat: ut semper ante somnū eius aliquid legeret. Dixi.

Homines

Verborū ratio

Historiæ utilitas

Eloq̄ntia

Historiæ Materia

Homerꝰ Arcesilaꝰ

¶ Carminum Horatii commoda. Eloquentiæ uis. Fabularum occultus sensus. Historiæ uirtus. Philo sophiæ emolumenta. Oda quid sit. Tit. quarto.



Icturus hodie hoc in loco Præstantissimi uiri: diu sane fui cogitabundus: quid potissimum reiq; cousentaneũ afferre possem. Illud demũ occurrit (Cum Horatii Flacci Odas præsenti anno expositurus sim) ut illarũ cõmoda apirem: sunt enim q̃ plurima scitu profecto dignissima & cognitu necessaria indeq; perutilia. ¶ Delectant primum Carminum uarietate: artificio magno & cultu amplissimo: ꝓpter quæ omnia inter Lyricos uates e latinis uidelicet: solũ Horatium dignũ lectu existimãt. ¶ Delectant itidem ac prosunt eloquentiæ lepore summo qua certe fruentes tenere possunt hominũ cœtus: mentes allicere: uolũtates impellere quo uelint: & unde uelint deducerẽ. hæc enim efficit ut ea quæ ignoram⁹ discere: & ea quæ scimus alios docerẽ possimus. hac cohortamur: hac persuademus: hac consolamur afflictos: hac ducim⁹ ꝑterritos a timore: ac cupiditates iracundiasq; restinguimus: hæc nos urbium societate deuinxit hæc a uita immani & fera homines segregauit. Tãta deniq; oblectatio est in ipsa facultate dicendi: ut nihil hominum aut auribus: aut mentibus iucundius ꝑcipi possit Qui enim cantus moderata ꝓnũtiatiõe dulcior inueniri põt? quod carmẽ artificiosa uerboꝝ cõstructiõe aptius? Quid autẽ subtilius/ q̃ crebræ acutæq; sententiæ? Quid admirabilius/ q̃ res splendore illustrata uerboꝝ? Oblectant, iuuantq; ẽt eruditione copiosa & uaria: fabulaꝝ siqdem/ Historiarũq; & locoꝝ notitiã ꝑbent q̃ plurimã Continent ẽt phiæ partẽ illam de uita & moribus edocentẽ. ¶ A Fabulis abhorrere nullus hominum debet: Non enim omnibus fabulis repugnat Phia: Nam aut tm̃ cõciliandæ aurib⁹ uoluptatis gratia repertæ sunt: aut adhortatiõis quoq; in bonam frugem: ut illæ Aesopi Fabulæ. Est enim fabula exemplaris/ seu demõstratiua sub figmẽto locutio: cuius amoto cortice patet fabulantis occultus sensus. Hinc fabulantur poetæ Vulturem Tityi iecur imortale depasci: Nihil aliud intelligi uolentes q̃ tormẽta conscíẽtiæ obnoxia flagitio: quæ uiscera interiora rimatur: nec de se suã potest uitare sentẽtiã. Hinc ait ille: Cur tñ hos tu Euasisse putes: quos diri cõscia facti: Mens habet attonitos: & surdo uerberẽ cædit: Occultum quatiente aĩo tortore flagellum: Stulti enim maloꝝ memoria torquenẽ: Sapientes bona ꝑterita/ grata recordatione renouata delectant. Tantalũ epulis ante ora positis excruciari fame: & inedia tabescere dictitarunt: Per id quidem intelligẽtesq; magis magisq; acquirendi desiderium cogit præsentem copiam non uidere: & in affluen-

Eloquentiæ uis.

Fabulæ cur reptæ

Fabula quid

Fabulaꝝ occcult. sensus

Tityus

Tantalus

tia inopes:egestatis mala in hubertate patiunt: nescientes parta respicere: dum egent habendis. Saxum ingens uoluere Sisyphum: quid denotat nisi terentes uitam conatibus laboriosis & inefficacibus? Rotaȝ radiis pendere Isiona quid intelligeres? nisi qui nihil cõsilio prænident: nihil ratione moderant: nihil uirtutibus explicant: se & actus suos omnes fortunæ permittentes: casibus & fortunis sep rotari? Atram uero Silicem lapsuram semper: & cadenti similem illorũ capitibus imminere: quid item significabit: nisi qui arduas Potestates: & infaustam ambiunt Tirannidem: nunq̃ sine timore uicturos? Hæc itaq̧ nosse: nonne multum hominibus cõferũt ad pietatẽ ac iustitiã seruandam? Saturnum præterea filios suos solitum deuorare: eosq̧ rursus euomere: quid diceres intelligi uoluisse: nisi Saturnum tẽpus esse: a quo uicibus cuncta gignãtur: absumanturq̧ & eo denuo renascant? Eundem quoq̧ a filio pulsum: quid aliud est: q̃ tpa senescentia ab his quæ post sunt nata depelli? Vinctum etiam ab eodem finxere quia certa lege naturæ connexa sint tpra. ¶ Historiaȝ quoq̧ notitia longe lateq̧ oblectat & iuuat: quoniã historia est testis tẽpoȝ: lux ueritatis: uita memoriæ: magistra uitæ: nuntia uetustatis: Nec ulla pfectio hominibus facilior ad uitæ institutiõem uia est q̃ reȝ ante gestarum cognitio: ea nanq̧ sola ob exempla alienorum incommodorũ magistra est: ut quis possit fortunæ uarietatem æquo animo ferre. ¶ Restat ut Philosophiæ emolumenta in medium proferam: quæ sane multa habentur: Medetur enim animis Philosophia: inanes sollicitudines detrahit: cupiditatibus liberat: & pellit timores: Est itaq̧ Philosophia dux uitæ: uirtutis indagatrix: expultrixq̧ uitiorũ. Hæc urbes peperit: Hæc dissipatos homines in uitæ societatẽ cõuocauit: Hæc Legum inuentrix: Hæc magistra moȝ & disciplina fuit. ¶ Prædicta omnia cõmoda: hoc est Carminum uarietatem: artificiũ ingẽs: & cultum amplissimum: Eloquentiæ item summum leporem: Eruditionem copiosam & uariam Fabularum: Historiarum: Locorum moralis Philosophiæ Poeta noster in Odis immiscuit: quo quidem lectores auditoresq̧ ipsos: uaria rerum doctrina maxime oblectaret: iuuaretq̧ maxime. Cui igitur modulatus Horatii sermo/ (nihil eni est aliud Oda) placere non poterit nisi ignauissimo cuiq̧: & ab omni uirtute alienissimo? ¶ Vos itaq̧ hortor moneo atq̧ obsecro: inclyti probandiq̧ adolescentes: qui proprias domos acquirendæ uirtutis & reȝ in notitiæ gratia reliquistis: nullo pacto uelitis fugiendi studii laborisue causa tot tantaq̧ horatianarũ Odarum commoda amissum iri. Præsertim cum illis interpretandis. Diligentia/ Labore: Studio cura ingenti & opera pertinaci fuerim usus.

Sisyphus

Ision

Silex lapsura

Saturnus in Filios

Satur. pulsus

Satur. uinctus

Historiæ uirtus

Philosophie emolumenta

Philosophia quid

Oda qd

Hinc illud fateri audeo in Odis ipsis per me enucleādis nihil defore ad rerum aut sensuum cognitionem. Sed ea omnia/uerissima fore propediem aduerteris. Dixi.

¶De Orationis origine: Deq; Eloquētiæ uiribus. Tit. V.



Xpositurus hoc anno Rhetoricen ad Herennium præstā tissimi uiri tria potissimum præsenti proludio exequar: Illa sane quæ pstare debet orator qsque: ut doceat delectet: moueat. Exordiar autem prius ab orationis origine: Inde ab eloquentiæ uiribus: Deiceps ad reliqua pergam. ¶Oris sonus ab initio olim confusus erat: qui tādem paulatim uocem discernens: res omnis suo nomine appellauit. Mercuriū aiunt apud Aegyptios primū uerba in ordinem redegisse: multisq; rebus imposuisse noīa: Fuisse quoq; litteraꝝ iuētorē. Athēis āt primū se orator extulit: primūq; ēt monimētis & litteris oratio ē cœpta mandari. Hæc uero oīum regina reꝝ: Nā nō mō inclinātē erigere: aut stantē īclinare: sed ēt aduersantē & repugnātē: ut Impator & fortis & optius caper pōt. Cū duæ sūmæ sint in Oratore laudes: Vna subtiliter disputādi ad docendum: Altera grauiter agendi ad animos audiētium pmouēdos. ¶Ipsius autem eloquentiæ tanta uis est: ut omnium rerum uirtutū officioꝝ omnisq; naturæ: quæ mores hominum/quæ animos/quæ uitam cōtinet originem/uim mutationesq; teneat. Eadem mores/leges: iura describat rempublicam regat. omniaq; ad quamcunq; rem pertineant/ornate copioseq; dicat. Eloquentia probamus uera esse: quæ defendimus: Eloquentia conciliamus nobis eos/qui audiunt: Eloquentia eorum animos ad quemcunq; motum causa postulabit uocamus. Ea eni apud Romanos adeo floruit/ut nonnulli ex ifima fortuna in ordinem Senatorium/atq; ad summos Honores processerint. Cæterum quia res nulla apud aīos hoīm plusquā ordo & ornatus oratiōis ualet & ut terra cultu sic: aīus disciplinis melior: huberiorq; efficit: Nec unq̄ solida atq; robusta fuerit eloquētia/nisi multo stilo uires accæperit: Vos uos inquā adolescentuli hortor: ut oratoriæ precepta ediscere/& noctu atq; interdiu manu uersate/exercereq; etiā debeatis: Sed quoniam nulla facultas in litteris sine interprete haberi potest/ut ille inquit/ad Rhetoras/hoc est artificiosæ eloquentiæ doctores/confugiendum censemus. Dixi.

Orōnis origo
Mercuri⁹
Litteræ
Orator
Oratio
Eloq̄ntiæ uis
Facultas ī lrīs
Rhetores

¶Quid in Somnio Scipionis parte ultima Sexti libri de rep. Ciceronis/contineatur. Tit. Sexto.



Vm Rerum uarietate Viri clarissimi sensus omnes reficiantur: oblectenturq; plurimum: Non ab re uisum est/diuersum a superiori lectione opus/hic hodie interpretari Quocirca uti hesterno die: ita nunc obsecro/& intenti &

I
ota tenentes/(nam breui expediam/qd in Somnio Scipionis parte
ultima ſexti libri de rep.Ciceronis contineatur) qualiacunqꝫ dixero
audiatis. Marcus Tullius de Diuinatione ſecundo uolumine:memi-
nit de Rep. ſex edidiſſe libros:quos quidem quum reip.gubernacula Libri ſex
teneret ſcripſiſſe ait:magnum ꝑfecto locum Philoſophiæqꝫ ꝓpriū a De Rep.
Platone/Ariſtotele/Theophraſto/totaqꝫ Peripateticoꝝ familia tra-
ctatum huberrime. Verum maiorum incuria & negligētia apud nos
pars ultima tātum de Somnio Scipionis extat:ubi quidem ſcribitur
quomodo Scipio maior apparens dormiēti nepoti ſuo Scipioni mi Somniū
nori prædicit ab eo Carthaginē euerſum iri/atqꝫ Nūantiā Hiſpaniæ Scipionis
urbē. Hortaturqꝫ eū ad tutandā Remp. Cū oībus/q patriā cōſeruaue
rint/adiuuerint:auxerint/certus in cælo locus ſit diffinitus:ubi Beati
ſempiterno æuo fruanſ: Scipio uero minor inde Lælio amiciſſimo Patriæ ad
ſuo Somniū ipſum aperuit:uti in Lælio Cicero aſſerit. Scribit enim iuto.
Lælium Scæuole & Fannio generis ſuis recitaſſe/Scipionem ꝑ pau-
cis ante mortē diebꝰ/cū & Philus & Manilius adeſſent/& alii plures
ac ēt Scæuola cum ipſo Lælio profectus/diſſeruiſſe triduum de rep.
Cuius diſputationis fuit extremū fere de immortalitate aīoꝝ:quæ ſe Animæ
in quiete uiſo ex Aphricano audiſſe dicebat. Eius itaqꝫ propoſitū eo reip.
pertinet: Vt nos doceat animas benemeritoꝝ de Rep.poſt corpora fauētium
cælo reddi & illic frui beatitudinis perpetuitate. Supereſt explanatio:
de qua mox prouinciam ſumam. Dixi.

¶Primi belli Romanoꝝ in Carthaginenſes pro Sicilia cauſæ & Exi
tus ac temporum ſpatia:Deqꝫ in Hiſpaniam bello: Secundi itē belli
Punici eadē. Tertii quoqꝫ belli Punici eadem. Quid tādem in quoqꝫ
uolumine Sylii Italici potiſſimum contineatur. Tit.ſeptimo.

PRincipio quidem ignoto/uel ſub obſcuro inclyti uiri. ea principiū,
quæ ſequuntur/neqꝫ perſuadere neqꝫ facere fidē poſſunt:
Expoſituro igitur mihi Sylii Carmē/ubi de bello Punico
ſecundo tractatur In primis: tangiturqꝫ aliquando primi
Punici belli portio aliqua: Neceſſario eorum cauſæ & temporum
ſpatia explicanda uidētur: Cum etiam nihil uel magis neceſſarium/
uel tantopere quærēdum ſit/q̄ cauſas rerum omnium/quæ accidunt Cauſæ re-
noſſe. Quid poſtea quoqꝫ uolumine potiſſimum cōtineatur paucis rum
aperiam. ¶Campani igitur(ut Polibii prio legimus)ſub Agathocle
in Sicilia militantes Meſanæ urbis Ciues partim urbe eiecerunt:par- Agatho-
tim trucidarunt. Capta Meſa na ſe Mamertinos nuncupauerunt: Ma cles
mertum quippe oppidum in Brutiis/ut Strabo docet. Poſthæc Ma- Meſana
mertini ab ſyracuſanis obſidionem paſſi ſunt: & ab Hierōe illorum Mamerūt
duce graui prelio affectiqꝫ: pleriqꝫ igitur ad carthaginenſes conſuge. Hieron

runt:q̃bus sese & arcem dedere. Alii ab Romanis subsidium postula
Ap.Claudius runt:qui metuentes Carthaginensium dicōem in Siciliam alterū ex consulibus Ap.Claudium cum exercitu in Siciliam ad Mamertinos iuuādos miserunt:qui subsidii certiores facti Carthaginensiū Præfe
primum bellū cū Carthag. ctum partim terrore:partim dolo ex arce & urbe eiecerunt:Carthaginēses repente terra & mari coactis copiis Mesanam obsidebant. At Consul per noctem non sine periculo traiecto freto Mesanā peruēit: primumq̧ cum Hierone Syracusanoꝝ rege certans:eum dissipat: Ip
.M.Valerius se Mesanā se recepit:Hieron ꝓxima nocte Syracusas properat.Cōsul deinde iterum cum hostibus pugnans uictor extitit: obseditq̧ Syra-
.C.Octauius cusas;Primum igiꝭ hoc Romanoꝝ cū Carthaginensibus pro Sicilia bellū fuit.¶Successerūt Appio Cōsules declarati.M.Valerius &.C.
Syracusanoꝝ pax cū Ro. Octacilius:tunc Hieron legatos ad consules misit:q de pace atq̧ amicitia tractarent:Romani tunc pacē cum Syracusanis his fere conditionibus firmauerūt. Vt Rex captiuos quos in uinculis habebat: ro
Acrigētū manis sine ꝑtio restitueret:Argenti insup talēta centum penderet:&
.L.Postumius ut deiceps Syracusani socii ac amici populi ro.appellarent Vbi id resciuere carthaginēses Acrigentinoꝝ urbem hostibus oppositā ueluti
.Q.Aemilius quandam belli Arcem & copiis & Commeatu munierunt:Posthæc. L.Posthumus:&.Q.Aemilius cōsules creati in Siciliam cū exercitu
.L.Valerius. ueniūt:Hostesq̧ dissipant:potiti etiam eorum rebus cum Vrbe ipsa. Igitur expugnato Acrigento.L.Valerius&.T.Octacilius consules in
.T.Octacilius Siciliam missi:inde Romani Centum & uiginti nauium classeꝫ ædificari curarunt.quibus perfectis.C.Cornelius consul: qui paucis ante
.C.xx.naues dieb⁹ classi præpositus fuerat:omnibus nauibus ad fretum perductis. Ipse cum decem & septem Mesanam proficiscitur: reliquas iuxta Ita
C.Cornelius liæ oram reliquit. Tandem cum illis paucis Nauibus ab Hostibus circūuentus & captus est.Qua de re C.Duellius alter Consul/quippe
.D.duellius pedestribus copiis præerat Pedestrem exercitum Tribunis Militum relinquens ad Classem uenit.Pugnatumq̧ est cum Hostibus: quorū
Cartha. clades Annibal idem qui ex Acrigento fugerat : dux'erat. A Romāis captæ sunt ea pugna Naues.L.reliquis in fugam uersis.Posthæc plures Cō-
Anni.24. primi belli sules/plura prælia/plures anni interiecti: Durauit enim hoc primum bellum Carthaginensium cum Romanis continuos quattuor & uiginti annos. Lucius quippe Luctatius Carthaginēsium classem ulti-
L.Luctatius mo annos cui Hanno Præfectus erat apud Egusam Insulam:quæ nō longe abest ab lilybæo clade affecit.Plynius uero li.tertio de Sicilia
Egusa loquens Ethusam appellat; quam alios Egusam scripsisse ait Liuius
Ethusa li.xix.scribit.C.Luctatium Consulem uicta ad Egades insulas classe
Egades. Pœnorum finem bello imposuisse.Ptolomæus etiam li.tertio.inter

insulas iuxta Siciliam Egusam ponit. Tunc autem Carthaginensium naues. L. uel fractæ uel submersæ: Septuaginta plenæ captæ: reliquæ fugerant ad Hieronesum insulam. Consul post prælium cum omni classe Lilybæum reuersus prædam & captiuorum corpora inter suos diuisit: Fuerant enim e Carthaginẽsibus uiui capti præter eos qui inter certandum perierant: ultra decem milia hominum. Carthaginenses ea clade percussi: misso ad Amilcharem nuntio: (is enim alteri classi etiam in Sicilia præerat: qua Romanos mari ualde infestabat: qui Erycem montem custodiebant) potestatem ei tradũt: quicquid e Rep. uisum fuerit faciendi. Amilchar igitur legatos: qui de fœdere agerent ad Consulem misit. Luctatius conditionem fœderis nequaquam aspernatus. hoc pacto coegit: amicitiam esse Romanis: Carthaginensibusq̧: si id populo Ro. uideatur: Excedere prorsus omni Sicilia carthaginenses. Sine prætio captiuos omnis reddere. Insuper Talenta Argenti Euboica: duo Milia & Ducenta Romanis annos uiginti pendere. Has conditiones. Romam missas populus Romanus. comprobare noluit: Verũ in Siciliam decem uiros cum auctoritate publica Legatos misit: Ii in Siciliam delati: summam rei haud quaq̃ immutarũt: Tempore pendendi argenti dumtaxat coarctato: ac mille insuper Talentis additis. Id præterea conditionibus addidere: ut non solum Sicilia: sed etiam omnibus insulis. quæ inter Siciliam atq̧ Italiam mediæ sunt: carthaginenses excederent. per hunc itaq̧ modum primo bello: quod Romani aduersus carthaginenses pro Sicilia gesserũt finis impositus. quod uti superius dictum est durauit continuos quattuor & uiginti annos. Id autem fœdus latius scribit ab eodem Polybio. li. tertio: ubi docet sex fœdera ista fuisse, cum carthaginensibus: idq̧ fuisse quartum: Vltimum uero illud: Asdrubalis usq̧ ad initium secundi belli Punici. ¶ Idem quoq̧ li. secũdo scribit. ubi carthaginenses Aphricæ res composuere (nam cum illis tribus fere annis & quattuor mensibus pugnarant) confestim Amilcharem cum exercitu in Hispaniam mittunt: qui cum omnibus copiis profectus Annibale filio comite tum ferme nouum ætatis suæ annũ agente: superatis columnis Herculis magnam Hispaniæ partem carthaginensibus recuperauit: In iis locis annos circiter nouem commoratus: multis Hispaniæ ciuitatibus bello subactis mortem obiit. Carthaginẽses autem exercitui Asdrubalem Amilcharis generum præfecerunt: qui quidem incredibili uirtute imperium carthaginẽsium in Hispania adauxerat: ubi & urbem condiderat: quæ a quibusdam Carthago: ab aliis noua ciuitas appellatur: ob loci oportunitatem: & ad res Hispaniæ & Aphricæ cõmodissimam. Romani uero quum

Naues Carth. | Hieronesus Insula | Cartha. capti .X. Milia. | Amilchar | fœdus cũ Carthaginenses | Fœdera sex | Bellũ cũ Aphris amilchar in Hispaniã Annibal. | asdrubal i Hispaniã. | Cartha. noua

Intelligerent uires Carthaginẽsiũ usq adeo in Hispania creuisse: ne eam quidem partem negligendã putauerũt. Verum mouere aduersus Carthaginenses bellum non audebant/ueriti Romanæ urbi iminentem Gallorum multitudinem: quam ob rem componere primũ cum Asdrubale de rebus Hispaniæ statuerunt. Missis igitur ad Asdrubalem in Hispaniam legatis percussum cum Carthaginensibus fœdus fuit. Vbi inter cætera cautum ne liceret Carthaginensibus Iberũ flumen cum armis traiicere: Per reliquam Hispaniam ĩpune progredi ualerent: Liuius uero in plogo tertiæ decadis ait/ut finis imperii esset Iberus amnis: Sagũtinisq mediis inter imperia duorum populorum libertas seruaretur. de quo fœdere latius polybius. li. iiii. ¶ Vbi etiã inquit: de secundo bello Punico. Causa quidem quod Romani cum Carthaginensib⁹ gesserũt Prima existimari debet: Indignatio Amilcharis: cui Barcæ Cognomen erat: Fuit autem Annibalis Pater: qui in bello Siculo haud quaq̃ ab Romanis uictus est. nam exercitum omnem cui præerat iuxta Erycem: singulari uirtute seruauit incolumem: Sed quum Carthaginenses nauali prælio profligatos cerneret tempori consulendum ratus: pacem cum Romanis iniit: nequaq̃ tamen indignatione deposita: quin continue oportunitatem aliquam præstolabatur: qua Romanos ulcisci posset. Extitit etiam secunda & maxima causa: q Sardinia romanis cesserat quodq tributo: de quo primo ægerant: mille & ducenta talenta addiderant. Vbi aũt Amilchar res patriæ compositas sedatasq intellexit: bellum in Hispania aggressus est: studens hac ueluti præparatione uti ad bellum contra Romanos gerẽdum. Hæc uero tertia causa eiusdem belli existimari debet: idest felix Carthaginensium in Hispania successus eo enim aucti carthaginensium animi audacius postea huic bello incubuerunt: q autem Amilchar maxima causa extiterit secũdi belli punici: quãq̃ decennio ante mortu⁹/multis qdẽ testimoniis comprobari potest. Sed satis in præsentia fuerit: quod seqt retulisse. Nam quo tempore uictus ab Romanis Annibal relicta Aphrica cursum ad Antiochum direxerat: Verum interiecto tẽpore cum rege loquens/hæc ait: Quo tempore pater meus Amilchar exercitũ in Hispaniã traiecturus erat: annum ætatis agebam fere nonum: tũc patre Ioui sacrificante altaribus adhærebã: At pater meus sacrificiis rite peractis: secedere parumper ab aris cæteros iussit: meq solum ad se uocatum perhumaniter & blandienti similis: an uellem in expeditionẽ duci rogauit: qui quũ id non solum libenter annuissem: uerum etiam pueriliter deprecatus eẽm: Pater capta Dextra mea & altari admota: uoluit ut tactis sacris iureiurãdo assererem: me quum primum per ætatem liceret hostem

Fedus cũ asdrubale

Saguntus

Bellum Puni. secũdum

Amilchar Barca

Annibal

Causa secunda

Amilchar ĩ hispaniã

Cã tertia

Amilchar cã belli

Annibal ad anthiochum

Annib. annorum nouem

Annibal iurat in Romãos

populi romani futurum: itaq; q̃diu hostis romanis eris o Rex licet in tuto credas oĩa/ nec quicq̃ de Annibale suspiceris: simulatq; uero uel fœdus cũ Romanis ꝑcusseris/ uel in amicitiam redieris/ tunc noli expectare alium de me calumniatorem/ sed statim ueluti hostẽ populi Ro. cauendum puta: semper enim quãtum in me erit/ illis aduersus ero. Hoc itaq; apertissimũ testimonium est inimicitiarum Amilcharis infestiq; aduersus romanos animi quanq̃ id ex ipsis rebus intueri liceat/ Eiusmodi enim hostes populo ro. reliquit: Asdrubalem filiæ suæ uirum & Annibalem filium/ ut nihil eis ad cumulũ iniuriaꝝ potuisset accedere: Verum Asdrubal (qui ut scribit Liuius octo ferme annos imperium obtinuit) morte interceptus suum aduersus romanos animum ostendere non potuit Annibali uero tempora concesserunt: ut factus uoti cõpos paternum odium longe lateq; diffunderet. Nam Asdrubale perempto ipse ab exercitu Imperator appellatus est: a senatu Carthaginensiũ cõfirmatus: Inde pluribus Hispaniæ oppidis in potestatẽ redactis/ Carthagine noua cũ omnibus copiis ꝓfectus/ nam ibi hyemarat. Saguntum petit. ¶ Ciuitas ea ultra Iberum sita ẽ in radicibus montis: qui Hispanos a Celtiberis diuidit: circiter mille passus a mari distans: Cui⁹ incolæ & copia terrestrium fructuũ & multitudinis incremẽto/ & uirtute militari/ cæteris Hispaniæ populis præstant. Huius fines infesto exercitu ingressus Annibal/ peruastatis passim agris: ad obsidionẽ urbis omnis machinas adhibet: primum enim ablatuꝝ se romãis spem gerẽdi in hispaniã belli aĩaduertebat: Deinceps ꝙ se tuto ad reliqua ꝓgredi posse intelligebat: nullo hostili loco post se relicto: Per hunc modum octo cõtinuis mẽsibus animo & corpore fatigatus tandem Saguntũ ui cæpit: V bi maxĩa pecuniaꝝ copia parta: multisq; captiuis in potestatẽ redactis: illam quidem ĩ necessarios Belli usus: uti statuerat: seruauit: hos uero inter milites ꝓ dignitate cuiusq; partitus ẽ: Hæc ex Polybio. Sequitur Liuius Li. xxi. ꝙ Capta Sagunto Annibal Carthaginem nouam ĩ Hiberna cõcesserat: Nouo deinde uere Annibal Gadis ꝓfectus Herculi uota exoluit: Inde relictis ĩ Aphrica præsidiis: & Asdrubale fratre in Hispania: ipse exercitum ad Iberũ duxit: illumq; traiecit: Subactaq; Regione Pyreneis montibus subiecta: ibi p̃fecit Hannonem Ipse demum alpes superans Italiam aggreditur: primumq; Romanos uincit apud Ticinum amnem. P. Scipione duce. Inde apud Trebiam. Inde apud Trasimentum Perusiæ lacum. Postea apud cannas Apuliæ uicum. Demum iuxta carthaginem ipse debellatus est a. P. Cornelio Scipione: & capta Carthago tributum soluit Ro. populo. Conditiones autem pacis legito Liuii. li. xxx. ubi etiam scribitur Annibalem tunc na

Asdrubal
Annibal
Impator
Sagunti situs
Annibal. in Saguntium
Saguntus capitur
Annibal
Asdrubal
Hanno
Annibal
Italia

Bellum tum annos.xlv: Et bellum Punicum secundum durasse annis.xvii.
Pu.fi. Florus uero annis.xviii.scribit durasse:Liuius li.xxx.asserit Annibalē
anni.xvii. ab Italia anno decimosexto discendentē in Aphricā traiecisse.¶Flo
Belli rus idem scribit.Tertiū i Aphrica bellū & tempore exiguum fuisse:
Pu.tert. nam quadriennio peractum est:Causam uero huius belli fuisse:q̄ cō
tra fœderis legem aduersus Numidas quidem semel parasset ca rtha
go classem & exercitum:Frequens aūt masinissæ fines territabat: Sci
pio itaq; minor illam cæpit:arsitq; diebus continuis.xvii.Liuius præ-
terea.li.Li.asserit carthaginē dirutam a Scipione fuisse Anno Septin
Carthagi- gentesimo suæ originis:Hæc de bellis.¶Iam uero quidnam potissi-
nis mū uolumine quoq; Sylii Italici contineatur breui aperiā.Primo uo
Aetas lumine Saguntum aggreditur Annibal.Secundo capit. Tertio tran-
Sylii scēdit alpes:Quarto pugnatur ad Ticinum: Inde ad Trebiā.Quito
Poetæ ad Trasimenum certatur.Sexto Annibal in Vmbriam.Picenū:& Cā
materia paniam fertur.Septimo Dictator Fabius Annibali fit ꝓpior.Octauo
Romanoꝝ & sociorum Catalogus habetur. Nono pugna fit apud
Cannas:& Varro fugit Decimo clade Romani afficiunt ad Cannas:
& Paulus ibidē ceditur.Vndecimo Annibal itrat Capuā.Duodecio
Annibal ad tertium lapidem Romæ iminet.Tertiodecimo Romāi
Capua potiuntur: Publius & Cneus Scipiones in Hispania cadunt.
Quattodecimo Marcellus in Siciliam ꝓfectus Syracusas expugnat
Quintodecimo Scipio Carthaginem nouā expugnauit Marcellus
cōsul in Brutiis cadit:Et Asdrubal ad Metaurum cæditur.Sedecimo
Scipio ex Hispania rediēs cōsul creatus est.agitq; de traiiciēdo exer-
citu in APhricam.Decimo septimo:quod est ultimum uincitur An-
nibal a Scipione.Iis cognitis reliqua postea longe facilius ꝑcipient.
Quæ quidem qualia sint me interprete cognoscetis.Dixi.

¶Poetas obesse Moribus.Titulo Octauo.


Vid obsint Poetæ moribꝰ Egregii Viri quæso animad-
uertite: Lamentantes enim inducunt fortissimos uiros:
molliunt animos hominum & neruos omnium uirtutū
elidunt.Amorem flagitii & leuitatis autorem in concilio
deorum collocandum putant. Ira inflammatos & libidine furentes
induxere deos:feceruntq;:ut eorum bella: prælia: pugnas: uulnera
uideremus:Odia præterea:dissidia: discordias.lamētationes in om-
Poetæ a nem effusas intemperantiam:Cum genere humano.cōcubitus:mor
Plat. talisq; ex immortali procreatos.Recte igitur a Platone pelluntur ex
repulsi ea ciuitate:quā finxit:quū mores optimos: & optimum reip.statum
Archilo- exquireret.Recte Lacedæmonii libros Archilochi regnāte Romulo e
chi carmē ciuitate sua exportari iusserūt: q̄ eoꝝ parū uerecūdā ad pudicā lecti-

onem arbitrabãtur. Noluerũt enim ea liberorum suorum animos imbuit ne plus moribus noceret q̃ ingeniis ꝓdesset: Itaq; maximum poetã/ aut certe summo ꝓximum carminum exilio mulctarunt. Recte etiã Caligula impator cogitauit de Homeri carminibus abolẽdis: cur eñi sibi non liceret dicens: quod Platoni licuisset: qui eum e/ciuitate quã constituebat/ eiecerit. Recte quidem Romani serius poeticam acce/ peruntiannis enim ferre. cccc. x. post romam conditam Liuius Fabu/ lam dedit: anno ante natum Ennium: qui fuit maior natu q̃ Plautus & Næuius: Recte honorem huic generi non fuisse declarat oratio Catonis: in qua obiecit ut Probrum Marco nobiliori: q; is in prouin ciam Poetas duxisset: Duxerat autem cõsul ille in Etholiam Enniũ. Qua de re probi adolescentes infaustos poetarum libros abiicite: flammis exurite: uentis eorum cineres fundite. Eos enim habere domi: eos legere: eos etiam ullo modo conspicere: Exitiale est cri/ men: pernitiosissimi nanq; sunt: & hostes diuini nominis: quibus nul la bonarum artium cura: nulla pietas: nulla sanctitas sit: Cum suis lasciuiis hominum mores inficiant: itaq; merito Et Ouidius ipse in/ quit: An Populus uere sanos negat esse poetas: Sumq; fides huius maxima uocis ego? Iure etiam Hieronymus ait: Dæmonum cibus sunt carmina poetarum: & Cicero portenta a poetis & flagitiã dici scribit: Fugiendi sunt ergo poetarum errores fugiendæ illecebræ: Nam ita sunt dulces: ut non legantur modo sed etiam ediscantur in morum iacturam. Dixi.

Caligula i Homerũ | Poetica quãdo ro manis | Liuii Fabula | Poetis nullus honor. | Poetarũ caria dæ/ monũ ci.

¶Poetas Eloquentiam: Bonosq; Mores efficere. Tit. ix.



Paucis equidem in præsentia præstantissimi Viri duo ex pediam: Poetas uidelicet Eloquẽtiam: bonosq; mores efficere Plurimum nanq; oratori confert poetarum le ctio: nec ab re: cum proximus sit oratori Poeta: ab eo si quidem in rebus spũs: in uerbis sublimitas: in affectib⁹ motus omnis: in personis decor petitur. Vnde Homerum omnibus eloquẽtiæ partibus exemplum & ortum dedisse constat: Quis. n. Ho mero prestantior ad eloquendum? quis item aptior ad docendum delectandum: mouendum? quæ sane tria orator etiam optimus q̃sq; efficeř debet. Poetæ præterea priusq̃ oratores fuere apud Græcos. n. antiquissimum e doctis est gẽus poetarum siquidem Homerus fuit & Hesiodus ante romam conditam Sũmiq; oratores ueterum poe. mata uel ad fidem causarum: uel ad ornamentum eloquẽtiæ assumpse/ runt. Vtq; dicebat Cleantes: quemadmodum spũs noster clariorem sonum reddit quum illũ tuba per longi canalis ãgustias tractũ paten ti ore nouissimo exitu effudit: Sic sensus noĩs clariores carminis ar.

Poetarum le ctio orato ri confert | Homeri facundia | Oratoris tria | Poetæ anteq̃ ora tores | Homeri. & hesiodi ætas | Carminũ sen.

ĉta necessitas efficit. Eadẽ negligẽtius audiunť: minusq̀ percutiunt: quãdiu soluta orone dñr: ubi accessere numi & egregiũ sensum astrixere certi pedes: Eadem illa sentẽtia uelut lacerto excussa retorqueť. Facilius etiam inhærent audientiũ mẽoriæ uersus numerosi & ornati: & carmẽ cõpositũ & oro cum suauitate capit mẽtes: & quo uoluerit ĩpellit. Iure igiť Socrates cõsulebat: Homeri poetaꝝ oim optimi diuinissimiq̀ studiosos non caria solũ: uerũ ẽt sensa pdiscere. Omẽs .n. poetæ insignes nõ arte sed diuino afflatu p̃clara poemata concinũt. Neq̀ poeta prius canere põt: q̃ deo plenus: & extra se positus: & a mẽte alienatus fuerit. Nã q̃diu mẽte quis ualet: neq̀ fingere carmĩa neq̀ dare oracula põt. poetæ aũt nihil aliud sunt q̃ deoꝝ ĩterp̃tes: dũ sunt furore correpti. Vergilius quoq̀ nõ minus orator: q̃ poeta hẽndus: in quo & tãta ornãdi disciplina: & tam diligẽs obseruatio Rhetoricæ artis ostendiť: Est enim facũdia Mãtuani multiplex & multiformis: & dicendi genus omne complectitur. Eius quippe Eloquẽtia nunc breuis/nunc copiosa. nunc sicca: nũc florida est: nunc leuis: aut torrens. Optime igitur Socrates in Minoe Platonis sic loquitur. Si modo sapitis diligenter cauere debetis ne Poeticum hominem in sensum aliquem habeatis: Poetæ nanque uim maximam in utranq̀ partem & ad laudandum & ad uituperandum habent. hactenus de Poetaꝝ facũndia. ¶ Sed quid de Moribus? quã multa poetæ dicunt: quæ a Philosophis aut dicẽda: aut dicta sunt? merito igiť multi homerum philosophũ fuisse psuadẽt. nã modo stoicũ illũ faciũt. uirtutẽ solã pbãtem: & uoluptates refugiẽtẽ: & ab honesto ne ĩmortalitatis qdẽ p̃tio recedẽtẽ: mõ epicuꝝ laudãtẽ statum qetæ ciuitatis: nec inter cõuiuia cãtusq̀ uitam exigẽtis. Modo peripateticũ bonoꝝ tria gñа inducẽtem modo Academicũ omnia ĩcerta dicentem. Optime igitur ãtiqui: primã quãdam phĩam: poeticam eẽ asseruerũt quæ ab ineũte nos Aetate: ad uiuẽdi ratiões adducat. q̃ mores quæ affectiões edoceat: quæ res gerẽdas cum iucunditate præcipiat. Poetæ deniq̀ Philosophis priores multo fuerunt: Et ante natũ Philosophiæ nomẽ pro sapientibus habebantur: Lactantio referente. Posteriores etiam Strabone teste solum Poetam ipsum sapientem esse dixerũt: Quam ob rem Græcoꝝ ciuitates ab ip̃o primordio: eoꝝ liberos in poetica erudierunt: nõ nudæ utiq̀ uoluptatis: sed castæ moderationis gratia. Multum & enim Poetarum auditoribus confert ad uirtutẽ: ut locorum multorum & Militiæ & Agriculturæ gnari existant. ¶ De Deo præterea: sine quo bonus eẽ nemo põt: Poetæ quid sentiunt? pfecto qđ nostra catholica fides: Ait nanq̀ Homerus: Deus æquus utrunq̀ respicit. Et Virgilius: Rex Iuppiter omnib⁹ idem. Et Syllius: Mite &

Homero studendũ

Poetarũ furor

Vergilii facundia

Homer. Phũs multiplex

Stoicum dogma

Epicuri dog.

Peripateticũ dogma

Academ. dog.

Poetica prima quædam phĩa

Poeta sol⁹ Sapiens

Deum iustum esse

Dei iusse ñ spnẽda

cognatũ

I

cognatum est homini deus. De Deorum etiam cultu quid item Poetæ docent? Nonne illud Homerus ait? Contẽni numen olympi. Haud impune sinunt superi: scelera impia quanquam Distulerint: culpas hominum grauiora morantur Supplicia. Et illud: Dignus honos superum. Et illud: Nam uereor mãdata Iouis. Iure igitur Plato Homerum diuinissimum/sapientissimũq; Poetam appellat. Iure Arcesilaus Arcesila⁹.
Philosophus in dicendo grauissimus Homeri adeo studiosus erat: Homeri
ut semper ante somnũ eius aliquid legeret. Sed qd Maro? In primis stud.
uenerare deos. Et illud: Discite iustitia moniti & non temnere diuos. Deos ue-
Quæ qdem uerba non aurelius: non hieronymus melius sanctiusue nera.
explicuissent. Si Tibullũ inspicias: nõne illa & optima & sanctissima uerba leges? Luce sacra reqescat hum⁹ reqescat arator. Et graue suspẽso uomere cesset opus: Omnia sint operata deo. Constat igit eloquẽ Festa cele-
tiam bonosq; mores poetas efficere: itaq; toto pectore illis incũbite bra.
adolescentuli. Sic enim & Oratores & Philosophos hoc est Sapien- Phũs.i.
tiæ studiosos euadere dabitur. Vnde & Socrates in Lyside Platonis sapiæ
ait: Sed iter: quod nunc ingressi sumus Poetarum adminiculis peragen studiosus
dum: ii nanq; nobis tanq̃ patres atq; duces sapientiæ sunt: hæc ille: qbus & ipse plurima addere: m ni stultissimũ quidem eẽt docere quod nouerit ille quem doceas. sit ergo finis. Dixi.

¶ Quidnam Poetica sit: Quod Poetæ officium: Quid Poema: qd item Poesis: quæ fuerint scribendæ poesi necessaria. qui poetici furoris effectus. quænam clarissimo poetæ sint oportuna & necessaia. De Carmine postea: eiusq; uario gñe/& scriptoribus. De poeticæ facultatis cõmendatõe: postremo Vergilianæ Aeneidos. Tit. x.

Diuinam Maronis Aeneida interpretaturus Viri clarissimi: Quidnã Poetica sit: quidue poema: quid item poesis: Quæ fuerint scribendæ poesi necessaria: qui poetici furoris effectus. quænam clarissimo Poetæ sint oportũa & necessaria: prius aperiã. De carmine postea eiusq; uario gñe/& scriptoribus: De poeticæ facultatis commẽdatione: postremo Vergilianæ Aeneidos non iniucunda/si uos & auribus & mẽte attẽdere nõ piguerit/dicã.

¶ Poetica igitur est fictæ ueræq; narrationis congruenti Rhythmo Poetica
uel pede cõposita metrica structura/ad utilitatem uoluptatẽq; accom quid
modata: Ideoq; ait ille: Aut prodesse uolũt: aut delectare poetæ. Eorum Poema
autẽ officium est in eo: ut ea/quæ gesta sunt uere/in aliquas species quid
obliquis figurationibus cum decore aliquo cõuersa traducãt. ¶ Poe Poesis qd
ma uero pars opis est: ut tregœdia: seu inuẽtio parua: q̃ paucis uerbis Poesi quæ
exprimitur: ut i ludis Homeri. ¶ Poesis est cõtextus/& corpus totius necessaria
operis effecti: ut Ilias Odyssea/Aeneis. In Poesi furor quidã requirit

C

exquisite iueniendi/atq; dicēdi:seu scribēdi: quod iueneris:qui mira
bilis:qm̄ paucis mētibus a natura ipa cōcedit:rarissimi semper fuerūt
poetæ Hinc negat sine furorē Democritus/quenq̄ poetam magnum
esse posse: Appellatur autē furor/quum a corpore animus abstractus

poetici furoris effectus

diuino instinctu concitatur : Nam ipsa musa (ut Platonicus socrates
inquit)Poetas diuino instinctu cōcitat. omnes itaq; carminū Poetæ
insignes nō arte/sed diuino afflatu præclara poemata canunt ❡Eius
deniq; poetici furoris sunt sublimes effectus: Vt putatmētem in desi
derium dicendi compellere:peregrinas & inauditas inuentiones ex-
cogitare: Meditatas ordine certo componere : Ornare compositum
inusitato quodam uerborum atq; sententiarum contextu:Velamen-
to fabuloso atq; decenti ueritatem contegere . Præterea si exquirat
Inuētio:Reges armare:in pugnas deducere:e naualibus classes emit
tere:Cælum:terras:& æquora describere. Actus hominum pro quali
tatibus designare . Irritare torpentes : Desides animare : Temerarios
retraherē:Sontes damnare:Egregios meritis extollere laudibus:Cæli
siderumq; meatus:Ventorum fragrores & impetus:flammaꝝ crepi-
tus sonoros:undarum murmura:montium celsitudines:nemoꝝ um

poetæ quæue necessaria

bras:fluminumq; discursus celebri carmine ita apte describere : ut ea
ipsa oculis apparere uideantur . ❡Huic autem Grāmaticæ preceptat
atq; Rhetoricæ maxime necessaria:quo laudabilis poeta existat:huic
& Liberalium aliarum artium:& mortalium atq; naturalium saltem
nouisse principia est necesse: Nec non uocabularum ualere copia:ui-
disse monumēta maioꝝ.Ac etiam meminisse nationum historias:&
regionū orbis:æquoꝝ:fluminū:& montium dispositiones. Sunt p̄te
rea delectabiles naturæ artificio solitudines oportunæ: Hinc ait ille:
Scriptorum Chorus omnis amat nemus:& fugit urbem. Oportetq;
animum anxietate carere : omnisq; acerbi expertem esse : Neq; enim
pauper & egenus sub Antropierio cātare pōt:atq; æris inops:quo no
ctu atq; interdiu corpus eget: Vnde tunc solum locus ingenio ē:quū

Naturæ necessaria

solo carmine mens ipsa uexatur nec duplices curas admittit . Ideoq;
optime scribitur:Sint Mecœnates non deerunt Flacce Marones. Na
tura nanq; ipsa non est ad contemplādum sufficiēs (ut Phūs inquit)
sed & corpus sanū esse oportet:& alimēta:reliquūq; famulatū adesse:

Carminū studi quādo

iis absolutis: de carmīe iam:& reliquis disserā: Attēdite igit uti hacte
nus uiri p̄stantes. ❡Carminū studium ātiquius apud Hebræos fuisse
apparet:q̄.apud Gētiles:siquidē Iob labores suos:atq; patiētiā Hexa-
metro uersu Dactylo Spōdæoq; decātat:Et Dauid lyrico carmīe ute
bat. Sido aūt Ponti filia:Nerei neptis:neptuniq; soror.cui⁹ ab ore so-
nora suauissimaq; uox p̄fluēbat:pria Hymnos carmib⁹ cōposuit.Re

cte igit Cicero illa: Nec dubitari debet qui fuerint añ homerꝝ poetæ:
quod ex his carminibus intelligi põt: quæ apud illum: & in Eheacũ:
& in ꝓcorum epulis canunt. Lactãtius et scribit Poetas multo antiquo
res fuisse q̃ historici: & oratores: & cetera gña scriptoꝝ fuerint. Et Ply
nius de poematũ origine inquit magna q̃stio est: ante Troianũ bellũ
ꝓbant fuisse: ꝓsam orõnẽ cõdere. pherecydes Syrus istituit tpe Cyri
regis. historiã cadmus milesius. uersum aũt heroicũ pythio oraculo
debem⁹: nã cũ Apollo pythona delphis ꝓpter ultionẽ mr̃is necasset:
Accolæ carmẽ heroicũ hexametrũ initio sex spõdæis cõpositũ texue
rũt: deide soluta spõdei altera syllaba: sine dãno tpis dactylũ suscepit
carmẽ hexametrũ latine primus digne scripsit: Lipius is q Ro. gesta
decẽ & octo complexus est libris: q & ãnales scribũtur fere singuloꝝ
ãnoꝝ actus cõtineãt. Carmẽ aũt dr̃ quicquid pedibus cõtinetur a cano
q̃si canimẽ appellatũ. ¶Elegiam ꝑcipue scripserũt apud ro. ꝓpertius
tibullus: & gallus: imitati græcos Callimachũ & philetẽ Estq; elegia
carmen cõpositũ hexametro uersu: pentametroq; ad inuicẽ positis.
¶Iãbicũ carmen maledicum ab iambizin: q; est maledicere: inuenit
Archilochus cõtra Lycabẽ socerũ suũ. Cõponitur uero Iãbicum car
men plerunq; trimetro uersu: & epodo sequente: Epodos. n. ꝓprie dr̃
uersiculus seq̃ns: ab epado: q; est accino licet Epodi uersus dicat me
tro quolibet scripti & sequẽtes Clausulas habẽtes particulaꝝ uersuũ
quales sunt epodi horatii ubi singulis uersibus singulæ clausulæ adii
ciuntur Dicunturq; Epodi Synecdochicos a partibus uersuum: quæ
legitimis & integris uersibus Epadontæ. i. accinuntur. ¶Satyrã. Car
men apud Romanos maledicum: & ad carpenda hominum uitia cõ
positum: Scripserunt Lucilius: Horatius: Persius: Iuuenalis. Olim etiã
Carmen quod uariis poematis constabat: Satyra uocabatur: quales
scripserũt Pacuuius: Ennius: Varro. Erat autem Satyra tota nostra
Fabii tpe. ¶Bucolica quæ dicũtur poemata carmine pastorali com
posita: digne scripserunt Theocritus & Virgilius. ¶Tragœdiam:
quæ est Heroicæ fortunæ in aduersis cõprehensio: primus in lucem
Aeschylus protulit: sed longe clarius illustrauerunt id opus Sopho
cles atq; Euripides: Thespis autem genere Atheniensis primus inue
nit Tragœdiam: Ait enim Horatius: Ignotum tragicæ genus inue
nisse camœnæ Dicitur: & plaustris uexisse poemata Thespis. Plato
autem in Minoe sic Tragœdia uero hic est antiquissima: nec ut ple
riq; putant a Thespide/aut a Phrynico sumpsit initium. Sed si per
scrutari uolueris/reperies tragœdiam longe antiquius huius ciui
tatis inuentum: Hæc autem ex uniuersa poesi populum: uehemen
ter oblectat: atque allicit auditores. ¶ Tragœdiam e Latinis

poetas añ
homerum
prosæ iuẽ
tio
pherecy
des
Historia
prima
Cadmus
Versus
heroi.
Carmen
hexa.
liui⁹ poeta
Annales
cur
Carmen
quid
Elegia
Iãbicum
carmen
Archilo
chus
Epodos
Epodi
Satyra
Bucolica
Tragœdia
Thespis

scripserũt Actius/atq; Pacuuius clarissimi grauitate sententiaꝝ uerbo
rumq; pondere. Vari Thyestes Græcoꝝ cuilibet comparari poterat:
Scripsit & Medæam Ouidius magno ingenio: qua caremus. ¶ Co-
comœdia mœdiam:quæ est priuatæ ciuilisq; fortunæ sine periculo uitæ cõpræ
hensio:primi scripsere Sussarion & Magnes:Secunda Aetate Aristo-
phanes/Eupolis/Cratinus:Tertia Menander.e latinis postea decem:
quoꝝ Plautus & Terẽtius ad nos uenerũt. ¶ Nouẽ uero Lyricorum
Pindarus apud Græcos longe Pindarus Princeps:apud Latinos Horatius fere
Horatius solus legi dignus:nã isurgit aliqñ:& plenus est iucũditatis & gratiæ.
Poeticæ Hæc de uario carmĩoꝝ genere & Scriptoribus. Quam uero Poeticæ
cõm. facultas laudabilis sit & uerecunda Phõꝝ etiam studio liquet Cõstat
Solon car enim Solonẽ ex Amplissimo Legum Latore Scripsisse de Salamina
mina Atheniensiumq; rep.ad quinq; milia uersuũ:Iãbos quoq; & Epodos
Aristotelẽ artis poeticæ duos libros de poetis tres cõposuisse. Elegi
Aristote as.itẽ & carmina multa ad democritũ. Et Platonis etiam nũc Epigrã
les. mata extant. Arcesilausq; Phũs itẽ cũ i dicẽdo grauissimus esset & in
De Poetis scribendo satis exercitatus poeticæ quoq; operam dedit. Amplecte-
Arcesila⁹ baturq; homeꝝ maxime ex oĩbus: Cuius adeo studiosissimus erat:
homeri ut semp ãte somnum eius aliquid legeret:Pindaꝝ quoq; dicebat eẽ
studiosus ĩprimis idoneũ implere uocem uerborumq; ac nominum copiam
ꝑbere. Legimus & Chrysippum quingentos uersus quotidie scribere
Pindarus solitum. Scripsit & Cicero noster Eloquentiæ fons peremnis carmĩa
plura:Ait enim ad Lentulum:Scripsi etiam carmina quædam:nã ab
Ciceronis orationib⁹ disiungo me referoq; ad mansuetiores musas:quæ me ma
carmina xime/sicut iam a prima adolescentia delectarunt:Et infra:Scripsi etiã
uersibus tres libros de temporib⁹ meis.quo iã pridem ad te misissem
si esse edendos putassem.Sunt enim testes & erũt sempiterni merito-
rũ erga me tuoꝝ/meæq; pietatis. Patet iis igitur/q̃ laudabilis & uene-
randa sit ipsa poeticæ facultas:Quam quidẽ sapiẽtissimi/qui de poeti
cis quicq̃ elocuti sunt:primã quandã Phiam esse asserunt: Nos.n.ad
Poetica uiuendi rationes adducit:mores & affectiões edocens: resq; gerẽdas
pria phia. cũ iucũditate præcipiens. Merito ergo posteriores solum poetã ipm
Poeta sapientẽ esse asseruerũt. Inde græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio eo
sol⁹ sapiẽs rum Liberos in Poetica erudierunt: nõ nudæ utiq; uoluptatis/sed ca
stæ moderationis gratia. Sũmiq; oratores ueterum pœmata/uel ad
fidem causarum:uel ad ornamentum eloquentiæ assumunt: Libri ẽt
phylomy Philosophoꝝ sentẽtiis poetaꝝ referti sunt passim:q; & Philomythes
thes idest fabulaꝝ amator/est aliqualiter philosophus:qa fabula ex mira-
Fabula bilibus constituitur: Aristotelis quoq; sentẽtia. Itaq; optimi adolescẽ
ex quib⁹ tuli uelis & equis/ut aiunt hauriẽda sunt poetaꝝ sensa: & eloquẽtia

præsertim Vergilii latinorum poetarum principis: qui Ingenio non minor Homero: nam illi maxime accedit: tum rerum copia / tum eloquentia: quæ nūc breuis: nunc copiosa nūc sicca: nunc florida: nunc simul omnia: interdum lenis aut torrēs est. Sicut & terra ipsa: quæ hic læta segetibus & pratis: ibi siluis & rupibus hispida: hic sicca arenis. hic irrigua fontibus. pars uasto aperit mari: Non mortali ergo sed diuino ingenio ipsam rerum omniū matrem naturā ducē secutus est. ¶ Aeneidem ipsam ab Homero sibi mutuatus est: Errorem primū ex odyssea: Deinde ex iliade pugnas. Sed cum apud homerum prius Iliacum bellū gestum sit: Deinde reuertēti de Troia error contigerit Vlyssi: apud Maronē uero Aeneæ nauigatio præcesserit bella: quæ postea in Italia sunt gesta: operis ordinē necessario rerum ordo mutauit. Rursus Homerus quum uellet iniquū Græcis Apollinē facere: causam struxit de sacerdotis iniuria. hic ut troianis Iunonem faceret infestam: causarum sibi congeriē comparauit. Nec illud prætereundum quod cum primo uersu promisisset productum sese de Troiæ littoribus Aeneā: Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus lauinaque uenit Littora: Vbi ad ianuam narrādi uenit: Aeneæ classem nō de troia: sed de Sicilia producit: Vix e conspectu siculæ telluris in altum uela dabant læti: Quod totum homericis filis texuit. Ipse enī uitans in poemate historicorum similitudinē: quibus lex est: incipere ab rerum initio: & continuā narrationē ad finem usque perducere: Ipse poetica disciplina a rerū medio cœpit: Et ad initium post reuersus est. Ergo Vlyssis errorē non incipit ab troiano littore describere: sed facit eū primo nauigantē de insula Calipsonis: & ex persona sua perducit ad Phæacas. Illic in Alcinoi regis conuiuio narrat ipse quēadmodū de Troia ad Calipsonem usque peruenerit: Post Phæacas rursus ulyssis nauigationē usque ad Ithacam ex persona propria describit. Quem secutus Maro Aeneā de Sicilia producit: cuius nauigationem describēdo perducit ad Libiam. Illic in cōuiuio Didonis narrat ipse æneas usque ad Siciliā de troia nauigationē suā: & addidit uno uersu: quod iam copiose poeta descripserat: Hinc me digressum uestris deus appulit oris post Aphricā quoque rursus poeta ex persona sua iter classis usque ad ipsam describit Italiam: Interea mediū æneas iam classe tenebat Certus iter. Omne denique opus Vergilianū uelut de quodā homerici operis speculo formatum est Locos utriusque qui uolet cōferat: Acriter enim in homerum oculos intendit: ut æmularet eius nō modo magnitudinē sed simplicitatē & præstantiam orationis & tacitā maiestatem. Qui Vates uenerabilis uarie modo uerba mō sensus figurādo multum latinitati leporis adiecit: Multiplicemque doctrinā in opere suo miscuit ut etiā ipsemet asserit: Ipsius enim Maronis

Vergilii eloquētia

Aeneidos textura.

Historiarum lex

poetarum lex.

Vlyssis error.

Aeneæ error.

Aeneidos speculum

Maronis epl'a ad Augustũ

epistola/qua cõpellat Augustum ita incipit. Ego uero frequẽtes a te lr'as accipio:& infra de ænea quidẽ meo si me hercle iam dignum auribus haberem tuis libẽter mitterẽ:sed tanta inchoata res est:ut pene uitio mentis tantum opus ingressum mihi uidear. Cum præsertim (ut scis) alia quoq₃ studia ad id opus:multoq₃ potiora impertiar. Nec iis Vergilii uerbis copia rerum dissonat quam pleriq₃ pedibus illotis prætereunt:tanq̃ nihil ultra uerboꝝ explanationem liceat nosse Grãmatico. Sed nos minime patiemur abstrusa esse Adyta sacri Poematis:arcanoꝝ enim sensuum penetralia recludemus. Dixi.

¶ Amicitia quid? Amicitiam morum similitudine maxime cõtrahi inter bonos tantũ Amicitiã in cõmunicatione & societate cõsistere. Quantũ sit in Amicitia iucũditatis & cõmodi. Amicis quatenus obsequẽdum Amicitiã omnibus rebus humanis anteponendam. Tit. xi.



Aelium. M. Tullii De Amicitia disputantem expositurus p̄stãtissimi uiri; Quid de amicitia sentiã prius i mediũ ferr̃ cõstitui:quo cognito ardẽtius quilibet opus ipsum iucundũ simul & utile/audire & intelligere studeat. Quo in opere Ciceronẽ nr̃m Theophrastũ maxime imitatum eẽ cognoscite: Virum quidem in Phia p̄ipatetica modestissimum & doctissimũ Intendite obsecro Res enim erit cognitu necessaria:& auditu dignissima. Primũ uero quid amicicia sit uobis aperiam: Deinde moꝝ similitudine maxime cõtrahi inter bonos tantum: Eamq₃ in cõmunicatiõe & societate consistere: Posthæc quãtũ sit in amicitiam iucũditatis & cõmodi: Postremo amicis quatenus obseq̃ndum: Amicitiamq₃ oĩbus rebus humanis anteponendam. ¶ Est igitur Amicitia uoluntas erga aliquem bonaꝝ rerum illius ipsius causa quem diligit cum eius pari uoluntate. Vel sic: Est Amicicia nihil aliud nisi oĩum diuinarum humanarumq₃ rerum cũ beniuolentia & charitate summa cõsensio: mutuam nãq₃ beniuolentiã amicos hr̃e oportet. Inde Chrysippus amorẽ esse aiebat amicitiæ nodum: Inde etiam legim⁹ Amicum esse/qui mihi usu uitæ similis pio ac fideli amore coniungitur. ¶ Similis autẽ p̄pterea qm̃ nihil est/quod ad se rẽ ullam tam alliciat atq₃ attrahat: q̃ ad amicitiã similitudo. Hinc Empedocles Simile appeter̃ simile dicebat:& æquales æqualem delectat: Et simile simili necessario semper amicum ẽ autore Phõ. Boni aũt tm̃modo similes sibi sunt & amici nõ improbi:cum ii sæpe perturbent̃:& instabiles sint Sapientes uero semp quieti sunt. p̄turbatione uacãtes. Solus ergo bonus/soli bono amicus: Malus aũt nec bono:nec malo unq̃ reuera amicus efficĩ Ex conueniẽtia deniq₃ cõplexionũ & moꝝ inter mortales amor & amicicia generat̃. Quæ quidẽ uera (ut diximus) p̄terq̃ inter uirtute prædi-

Amicitia quid

Amor. Amicus quis. Similitudo

Bon⁹ soli bono amicus.

Amicitia unde sit

tos esse nõ potest. Bonorum itaq amicicia similiumq uirtute pfecta est amicitia quos sibi inuicem studiorum similitudo deiq timor conciliat. At Vana est illa:quã utilitas rei familiaris/quam præsentia tantũ corporis quam subdola & palpans adulatio conciliauit. Qui eni sunt ob utilitatem amici:ii simul cum utilitate dissoluuntur:q sese nõ mutuo sed utilitatẽ amant Vulgi more & Meretricũ:qui eos amicos esse putant:qui utiles fuerint. Sed reuera negociatio non amicicia est: quæ ad cõmodum accedit. Qui uero sunt ob uirtutem amici pximi sunt ad beneficia sibi mutuo cõferẽda/id eni ẽ & uirtutis & amicitiæ Ad amicũ nanq & bonũ spectare cẽsent:egentibus opem ferre: q inopi bñficiũ bis dat:qui dat celeriter. Vtq anima una & amicorum oia sunt cõmunia. Quodquidẽ Pythagoras primus oium dixit:Nã erat cõciliãdæ amicitiæ in primis studiosissimus. Itaq amici est cõferre potius q accipere beneficia: Magisq honestum amicis q alienis largiri:bñficiaq conferre psertim in eos:qui indigent: & antea quã illi requirãt: q bis est gratũ quod opus est/si ultro offeras. Amicosq res optimæ parãt:aduersæ pbant:Nec licet/Sibi diuites esse:amicis pauperes. Cũ idcirco amicitiæ cõparent: ut cõmune cõmodũ mutuis officiis gubernet Nec solũ nobis diuites eẽ uolumus:sed liberis.ppinquis:amicis:Ideoq Diogenes aiebat: Mãus ad amicos nõ complicatis digitis extendi oportere. Cæterum uti neq sine amicis esse conuenit: ita neq nimiũ multos habere amicos:multis eni uicissim succurrere laboriosum est: neq ad hoc agẽdũ facultates ipsæ sufficiũt. Optie igit Anacharsis melius ẽ inqt amicũ unũ egregiũ q gregarios multos possidere. Qui.n.multos amicos habent & oibus sese familiariter offerũt:ii nemini amici esse uidentur: nisi ciuiliter/quos & placidos appellant.

¶ Cõgressiões aũt ad amicitiã maxie spectant:& ipam efficer uident: Nihil est.n.tam ppriũ amicorum q cõuersari simulq uiuer. Neq ẽ ullũ certius amicitiæ uinculũ q cõsensus & societas cõsiliorum & uoluntatũ. Amicitia igitur in cõmũicatione/societateq cõsistit: Itaq si diuturna absentia fuerit/amicitiæ quoq uidetur obliuionẽ efficere: Propterea dictũ est:Taciturnitas amicitias cõplures dissoluit. Propterea quoq Amicorum præsentiũ & absentiũ æque memores debere eẽ aiebat Thales. Quorum quidem psentia iucũda est in utraq fortuna:nam leuãtur ipsi dolentes condolentibus ipsis amicis: est igitur amicos aspicere iucundum præsertim ei/qui calamitatibus premitur In prosperis etiam Voluptate afficimur: q in ipsis bonis una letantur. Verum dicebat Democritus Amicos secundis in rebus adesse aduocatos: In calamitatibus autem sua sponte atq inuocatos. Id uero q omni tempore diligit qui amicus est: sinceræq fidei: isq pcipue in aduersis re-

Amicitia uana

Amicorũ beneficia

Amici sunt pauci

Amicitia consistit ĩ societate

Taciturnitas

Amicorum præsentia

Beniuolē tia. bus cognoſcit:in quibus quicquid ꝑſtatur:totum a cōſtanti beniuo-
lentia ꝓficiſcitur:Conſtanti aūt: quia beniuolentia amicitiæ quidē ē
Amicitiæ uiculum. ſimilis:nō tñ eſt amicitia: fit eni beniuolentia & ad ignotos:& latēs:
Amicitia uero nō fit. Cuius ſane uinculum potens eſt & ꝑualidum:
neq; ulla ex parte uiribus ſanguinis inferius. Quātique eſt ſine anima
corpus:Tanti eſt ſine amicis homo : Nam ſine illis : omnis cogitatio
tædium:omnis opatio labor omnis uita tormentū foret:Et ſine ami
coꝶ ſolatio uiuere : eſſet mori:nihil enim æque oblectat animum q̄
Amic⁹ qd. fida & dulcis amicitia:Hinc ſecūdus Phūs ab Hadriano Cæſare iter
rogatus:quid eſſet amicus:Reſpondit:deſiderabile nomen:infelicita
tis refugium: amāda felicitas. Sūmum quippe genus felicitatis ē hr̄e
amicos:ut habeas cui pectus tuum aperias:cui arcana cōmunices:cui
cordis ſecreta cōmittas. Qui in proſperis gratulet:in aduerſis contri
Amicitiæ bonum ſtet ; ſolamēq; ferat. Amicitia ſiquidē ꝓpria quadā ſuauitate aduerſa
tempat:triſtia iucūda reddit. Vnde excapta ſapientia: nil melius:nil
huberius:nil iucundius:Amicitia datum eſt homini:ex oībus rebus:
quas ad beate uiuendum ſapientia cōparauit. Ideoq; recte ſcribit: So-
lem e mūdo tollere uideri:qui aīcitiā e mūdo tollunt. Cum res ſit in
uita ſumme neceſſaria : nemo enim habens cætera bona ſine amicis
expeteret uiuere:Et locupletes & in principatu poteſtateq; conſtituti
plurimū amicis indigere uidētur. Quo nanq; pacto ſine amicis cuſto
diri cōſeruariq; poſſent:qui quo magis abūdant : eo magis periculis
Amic⁹ qs ſubiacent:Fidus uero amicus protectio fortis q̄ Amicus eſt alter ip
ſe:ut ille inquit. Idcirco qui ueri Amici ſunt: libenter cōueniūt fami-
liariter cōuerſant:utq; ait Xenophon:quoties uer⁹ amicus aut noctu
aut interdiu uocat : nunq̄ neq; negocii excuſatione utitur neq; pede
tētim unq̄ paret:ſed ſp curſim. Qua de re ut alibi legimus Neq; exer-
cit⁹:neq; theſauri ſunt regni præſidia ſed ueri amici : quos neq; armis
cogere:neq; auro parare queas:ſed officio fideq; parant. Itaq; quoniā
res humanæ fragiles ſunt & caducæ:ſemp acquirendi ſunt: quos dili
gam⁹ & a qb⁹ diligāur. Charitate.n. bēiuolētiaq; ſublata:oīs ē ſubla
ta iucunditas. ❡Cūq; ſit ꝑſtāda amicis fides:oībus uero æquitas:Sit
ēt bonoꝶ hominū:neq; ipſos delinquere : neq; amicos ꝑmittere pra
Amicum monere ua opari:Et amic⁹ ſi uer⁹ ē:nihil occultat:Debet amic⁹ amicū monere
clam tamē:laudareq; palam. Eſt & obiurgatiōi ſemp aliquid blande
admiſcēdum:ne iactantiæ ſtudio ſed charitatis affectu fieri uideatur:
Aīcis q̄te nus oble- quendū. itaq; nec aſpera ſit admonitio:nec ſit obiurgatio cōtumeliis:ſed beni
uolentiæ charitate referta. ❡Sed nec debet amicus turpia petere &
inhoneſta: nec illi obſequendū eſt ullo pacto quum in amicitia quæ
honeſta non ſunt poſtulabunt:quia religio & fides anteponenda eſt

amicitiæ. Quod certe P. Rutilius maxime indicat: Cum enim amici cuiusdã iniustæ rogationi resisteret: atq; is per summã indignationẽ dixisset: Quid ergo mihi opus est amicitia tua: si quæ rogo nõ facis? Respondit: Immo: quid mihi tua: si ꝓpter te aliquid inhoneste factu-rus sum? Et Pericles ille Atheniensis egregius Vir Ingenio bonisq; oĩbus Disciplinis ornatus: Quum Amicus eum rogaret: Vt pro re causaq; eius falsum deieraret: Eiusmodi ad eum uerbis usus est. Opus est me Amicis commodare: Sed usq; ad Aras. Verumtamen ut alii scribunt Parua & tenuis uel Turpitudo: uel infamia subeũda est: Si ea re magna utilitas Amico quæri potest: Rependitur quippe & Com-pensatur leue Damnũ Delibatæ Honestatis: Maiore alia grauioreq; in Adiuuando Amico (Si Amicus Est) Honestate. ¶ Deniq; q; nihil est tam naturæ aptum: tamq; cõueniens ad res uel secundas uel aduer-sas: quã amicitia. Quæ uidentur utilia: honores: diuitiæ: uoluptates cæteraq; generis eiusdem amicitiæ nunq̃ anteponenda sunt. Quod quidem & Socrates edocet: ubi ait: Quidã equos desiderant: aliqui canes: alii aurum: alii honores hæc equidẽ paruifacio: nec multũ ista me mouent: Acquirendoꝝ aũt amicoꝝ desiderio flagro: quare ami-cum bonũ habere malim q̃ Darii aurum. ¶ Hæc hactenus de Amici-tia diximus: ut breuius nosceret: quanta sit uis illius. quã Lælius Pro-fusius disputãdo lõge maiorẽ ostendet. Audienda est igitur attentis auribus ac mente illius tota de amicitia disputatio: Vt quisq; in ea re & cautior: & diligentior fiat: q; nulla pusilla domus/ quæ multos reci-pit amicos ut ille inquit. Dixi.

P. Rutili⁹ | pericles | Amicis quatenus. obsequendum. | Amicitiã omnibus anponendam | Socratis dictum

¶ De. C. Lælio: &. C. Fannio: &. Q. Mutio Scæuola. Deinceps Amicitiæ præcepta seriatim in Lælio descripta. Tit. xiii.



Caius Lælius: &. P. Aphricanus ĩ primis eloq̃ntes fuerunt. quoꝝ quidẽ extabant olim orationes. Dicendi aũt laus fuit in Lælio illustrior: qui certe delectabať magis antiqui tate & uerbis priscis: quã Scipio. Vtq; ex bellica laude aspi-rare ad aphricanũ nemo põtũ qua ipsa egregium uiriatico bello repi-mus fuisse Læliũ. Sic ingenii/ lrarum eloquẽtiæ/ sapientiæ deniq;/ & si utriq; primas/ priores tñ deferunt Lælio. Hæc & plura de Lælio scri-bit Cicero in libro de Claris Oratoribus. ¶ Cur aũt Lælius sapiens ꝑ-cipue appellatus fuerit: non ab re hic quoq; apiendũ mihi esse uideť Romani quidẽ quãtũ uicini agri hostibus adimebãt partim uænun-dare: parti in publicũ redigere ac egenis ciuibus ꝓ modica pensione utendũ tradere cõsueuerũt. Sed cũ icœpissent diuites eas pensiones augere: paupesq; excludere: Lata est lex: quæ supra quinq̃ginta agri iugera ciuẽ romanũ hĩe ꝓhibebat. At ea res paucos annos aduersus

Lælius Scipio | Lælius sapiens | Agri hostium | Iugera. D.

locupletes auxilio fuit Nā prio subditis ad cōducendū psonis fraus legi fiebat: deinde apte iam p se ipsos diuites ꝓpriis noib⁹ occupare agros cœperunt. Ita ergo exagitatis hoībus neq militiæ dare noīa: neq filios extollere cura erat. eoq ꝓcessura uidebat res: ut breui exhausta liberoꝶ multitudine seruis ac barbaris: per quos diuites colebant agros: tota Italia cōpleretur. In hac igitur parte reip. primus. C. Lælius Scipionis amicus succurrere instituit: Sed aduersante locupletum factione ueritus turbationū atq discordiā ciuitatis/ab incœpto destitit: Ob eamq rē sapiens est postea uocitatus. At uero Tiberius Gracchus/ut primū tribunis plæbis creatus est: eā actionē suscæpit. Hæc Plutarchus i uita Gracchoꝶ. ¶ De Caio aūt Fannio: & Mutio Scæuola Cicero quoq de claris oratoribus meminit. legim⁹ itaq ibi duos fuisse. C. Fannios: quoꝶ. C. Fannius Caii filius: qui Consul cum Domitio fuerat. unā orationē de sociis & noīe latio cōtra Gracchū reliquit: sane & bonā & nobilē: nec unq̄ habitus est elinguis: nam & causas defensauit: & Tribunatus eius arbitrio & auctoritate. P. Aphricani gestus nō obscurus fuit. ¶ Alter aūt. C. Fannius Marci filius Lælii gener: & moribus & ipso genere dicendi durior Soceri instituto. Quē soceꝶ. quia cooptatus in Auguꝶ collegiū nō erat: nō admodū diligebat. ꝑsertim cum ille. Q. Scæuolam sibi Fannio minorē natu generꝶ prætulisset. Cui tamen Lælius se excusans: nō genero minori dixit: se illud: sed maiori filiæ detulisse. Is tamē Fānius instituto Lælii panætium audierat. Eius omnis in dicendo facultas: historia cuius nō ineleganter scripta pspici pōt: quæ neq nimis est infans: neq pfecte diserta ¶ Mutius uero Augur oratoꝶ in numero nō fuit sed iuris ciuilis intelligētia atq omni prudentiæ genere ꝑstitit. ¶ Fuit eodem tēpore. P. Mutii fili⁹ &. P. Crassi oratoris frater. P. Scæuola/Iuris quoq Ciuilis peritissimus ¶ Reliquum est: ut amiciciæ præcepta seriatim in Lælio a Cicerōe descripta hic referātur. Scribit igitur in Lælio. M. Tullius/ut Amicicia omnibus rebus humanis anteponatur: q nihil est tam naturæ aptū tam cōueniens ad res: uel secūdas: uel aduersas. Nec posse nisi in bonis amiciciā esse Diffinit inde quid sit Amicitia: inquit etenī Est aūt Amicicia nihil aliud/nisi oīum diuinaꝶ humanarumq reꝶ cum beniuolentia & charitate sūma cōsensio. Scribit item q Virtus Amicitiā gignit & cōtinet: Nec sine uirtute. Amicitiā esse ullo pacto posse: Oñdit & multas i amicitia esse opportūitates seu cōmoditates & Fructus tū in ꝓsperis reb⁹ tum aduersis. Nā quoquo te uerteris præsto est: itaq non aq non igni non aere/ut aiūt/plurib⁹ locis utimur q̄ amicicia: Quo circa & absentes absunt: & egētes abundāt: & ībecilli ualent. Remota aūt ex natura reꝶ beniuolentiæ cōiun

Lælī⁹ cur sapiens

C. Fannii duo

C. Fānius gener

Mutius Scæuola

Amicitiæ ꝑcepta in Lælio

Amicitia in bonis

Amicitia quid

Virtus

Amicitiæ cōmoda

ctione nec Dom⁹ ulla nec urbs stare poterit: Nec agri quidem cultus pmanebit. Quod si minus quidem intelligit quanta uis amicitiæ: cõcordiæque sit: ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Quæ enim domus tam stabilis/quæ tam firma ciuitas est: quæ nõ odiis atque diffidiis funditus possit euerti? ¶ Explicat inde/Num pp ĩbecillitatem atq; inopiã/& indigentiã desideranda sit amicitia: ut in dãdis recipiẽdisq; meritis. Asseritq; amorem ex quo amicitia est nominata principiũ esse ad beniuolentiã coniungendã: in qua nihil fictũ/nihil simulatũ/sed oĩa uera esse debent. Qua ppter a natura potius quã ab ĩbecillitate & cã utilitatis orta uidet amicicia. primũ ex ea charitate: quæ ẽ iter natos & parentes: deinde quũ mo℞ similitudo & uirtutis: & pbitatis lumẽ aliquod appuerit Nihil est enĩ amabili⁹ uirtute: nihil quod magis alliciat hoĩes ad diligendũ. Vnde & pp uirtutẽ/quos ẽt nũquã uidim⁹: quodãmõ diligimus. Cõfirmat aũt amor & beneficio accepto: & studio pspecto: & cõsuetudie. ¶ Narrat postea qb⁹ carminis amicitia dissolui solet. Sunt.n. plures. nã uel idem utriq; nõ expedit: uel de rep. nõ idem sentiũt: uel aduersis rebus: uel ætate crescente hoĩm mores mutant uel honoris cõtẽtione: pecuniæ uel cupiditate. Aut quũ aliqd ab amicis: quod rectũ nõ esset postularet ut scilicet aut libidinis mininistri: aut adiutores eẽnt ad iniuriã: quod quidẽ iniquũ est. Ab amico enim petere nihil debemus unquã: quod cõtra fidẽ: cõtra iusiurandũ cõtra rẽp. esset. Itaq; neq; rogare res turpes: neq; facere rogari debem⁹. Sed ab amicis honesta petamus: Amico℞ cã honesta faciamus: Neq; expectemus qdẽ dũ rogemur: sed studiũ semp adsit: cũctatio absit ¶ His latius disputatis arguit Lælius illos: qui dicebãt fugiendas esse nimias amicitias: ne alienis curis implicaremur: sed animus securitate fruaturæ: quæ caput est ad bene uiuendũ. Concluditque nihil esse tam absurdum: quã delectari multis inanibus rebus ut honore/ut gloria: ut edificio: ut uestitu: cultuq; corporis/Amico autem uirtute predito: eo qui uel amare/uel redamari possit: non ad modum delectari. ¶ Damnat etiam illos: qui utilitatis gratia amicicias appetendas censent. Cum potius natura ipsa: & uirtutis apparentia sint appetendæ Nec enim tam utilitas parta/per amicum quam amici amor ipse delectat. ¶ Constituit inde qui sint in amicicia fines: & quasi termini diligendi: itaq; iis finibus utendum arbitratur: ut cũ emendati mores amicorum sint: tum sit inter eos omnium rerum cõsiliorum & uoluntatum sine ulla exceptione communitas. ¶ Iubet postea firmos & stabiles & constantes in amicitia eligendos: Cuius stabilitatis constantiæque firmamentum fides est: nihil enim stabile est quod insidum est, ¶ Addit prædictis: ne criminibus aut

Odia
Amicitia cur optanda
Amor
Amicitia ab natura
Virtus
Amoris robora
Amicitiæ Dissolutõ
amico petenda
Amicitias non fugiendas
Amicitia utilitatis
Amoris termini
Amici eligendi
Crimina

inferēdis delectef aīcus: aut credat oblatis ℭSit ēt cū aīco suauitas q̄
Sermōes noui — dā sermonū: atq̧ mo℞. tristitia in oī re: & seueritas absit nec noui aīci
ueteribus anteponaf: ut æq̄s uetulis teneros āponeř solemus nō.n.
amicitia℞ esse dn̄t: sicut aliarū re℞ satietates nec tn̄ noui aīci amore
digni repudiādi sunt sed uetustas suo loco cōseruāda ē. ℭDebet itē
Superior Inferior — aīcus supior par esse inferiori: ut se nūq̄ inferioris ordinis amicis ante
ponat: Sed illorum augeat opes. Eisq̧ Honori sit & Dignitati: Nec
inferiores dolere debent: Se a suis Amicis / aut Ingenio: aut Fortuna:
aut Dignitate supari. ℭQuum uero amicus ipse turpia ifamiā cōtra
Turpia Inimicitiæ. — hentia cōmisit: eius amicitia leuāda est remissione usus: Cauēdumq̧
erit ne nō solum amicitiæ depositæ / sed inimicitiæ etiā susceptæ esse
uideanf. Nihil enim turpius: q̄ cū eo bellum gerere: qui cum familia
riter uixeris. Quā ob rē primū dāda opa est: nequa amico℞ dissidia
fiant. Sin tale aliiquid euenerit: ut extinctæ potius amicitiæ / q̄ opp̄ssæ
esse uideanf. ℭArguit inde illos / qui amicos cōmodi quidē & utili
Cōmoda — tatis gratia quærunt: carent.n. illa naturali & p se expetenda amicitia.
q̧ naturaliter in homine fit: ut & se ipse diligat: & alte℞ acquirat: cui⁹
animū cū suo cōmisceat: ut efficiat pene unū e duobus. ℭDānat ēt q
amicū habere talē uolūt: quales ipsi esse nō possunt. quæq̧ ipsi nō tri
Ama ut ameris — buūt amicis hæc ab iis desiderant. ℭIubet deinceps q̧ nunq̄ nisi ho
Honesta — nestū & rectū alter ab altero postulet: nā maximū ornamentū amici
tiæ tollit: qui ex ea tollit uerecundia. Docet postea sine amicitia uitā
Vita soli taria — esse nullā: hinc ēt īmanissimus pati nō possit: ut nō acquirat aliquem
apud quē euomat uirus acerbitatis suæ. Et siquis cælū ascēdisset side
rumq̧ pulchritudinē ꝓspexisset: īsuauis illi admiratio illa fuisset: nisi
aliquē: cui narraret habuisset: Sic natura solitariū nihil amat. ℭSunt
præterea & monēdi sæpe amici: & obiurgandi: & hæc accipiēda ami
Monita — ce: quū beniuole fiunt. ℭDamnanf illi: qui & ueritatem aspernātur: &
Adulationes — in fraudem obsequio impelluntur Assentationemq̧ & blāditias atq̧
adulationē recipiūt: qb⁹ qdē nulla pestis ī aīcitia maior esse pōt: quæ
tota ueritate ppēdif: Nec qd turpi⁹ q̄ illudi: qd̄ ne accidat lōge cauē
dū ē. ℭCōcludit inde uirtutē & cōciliaf aīcitias & cōseruaf. Maxieq̧
Virtus — optādū eē: ut cū eq̄lib⁹ possis uiuere: qb⁹ cū tāq̄ a carcerib⁹ emissus sis
Aequales — cū iisdē ad calcē ut dr̄: pueiř. Et qm̄ res hūanæ fragiles: caducæq̧ sūt:
sp aliquos acq̄rēdos: quos diligam⁹: & a qb⁹ diligāur: q̧ caritate bēiuo
Acq̄rendi amici — lētiaq̧ sublata: oīs ē e uita sublata iucūditas. hæc & pl̄a i Lælio. M. T.

ℭDe Duobus Persiis. Titulo Decimo Tertio.

Persius Satyricus



ERsius Flaccus Satyricus Poeta Volaterris natus est: Anno
Dominicæ salutis Tricesimosexto. Anno uero Tyberii Vi
cesimoprimo. obiit tamen Anno ætatis suæ. xxix. Ne
ronis anno nono: sequenti uero anno Lucanus poeta in

I

Pisoniana Cōiuratione deprehēsus brachium ad secandas uenas me Lucanus
dico præbuit. Quæ certe omnia Eusebius memoriæ tradidit. Quintilianus item Libro decimo & illa scribit: Multum quoq; & ueræ gloriæ: q̄uis uno libro. & Persius meruit. Martialis etiam ad Pudentem. persius
Libro quarto. Sæpius in libro memoratur Persius uno: Quam leuis in tota Marsus Amazonide. Vtq; ipsemet Satyra quita testat: & Purpura & Bulla depositis in Morali Philosophia Romæ Cornuto præceptore usus est. Scribit autem illa: Quum primum pauido custos mihi purpura cessit: Bullaq; succinctis laribus donata pependit: & infra: Me tibi supposui teneros tu suscipis annos: Socratico Cornute sinu. &c. Cornutus
¶ Fuerat autem longe prius & alter Persius suæ ætatis hominū doctissimus. Crassus enim Orator in prologo Libri Secundi de Oratore Ciceronis ad. Q. Fratrem: sic loquitur Catulo. Id me nō modo non hortatur ad disputandum: sed etiam deterret. Nam ut Caius Lucilius homo doctus & perturbanus dicere solebat: ea quæ scriberet: neq; se ab indoctissimis: neq; ab doctissimis legi uelle. q alteri nihil intelligerent: alteri plus fortasse q̄ ipse: de quo etiam scripsit: Persium nō curo legere hæc: fuit enim ut noramus omnium fere nostrorū hominū doctissimus: Lælium decimum uolo: quem cognouimus uirū bonum: & non illitteratum: sed nihil ad persium. Sic ego si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis nolim equidē apud Rusticos sed multo minus apud uos. Malo enim non intelligi orationē meā q̄ repræhendi &c. Hæc hactenus de duobus Persiis. persius uetusti C. Luci lius persius Læli⁹ de.

¶ Cur in Exilium Ouidius ab Augusto missus Tit. xiiii.



Vit Ouidius ab Augusto Cæsare ī exilium missus duplici quidem causa: Et q amandi artem ediderat: Et q Augustū oculis offenderat Ait enim li. ii. de Tristibus: Perdiderint cum me duo crimina carmen: & error Alterius facti culpa silēda mihi: Nam nō sum tāti renouē ut tua uulnera cæsar: Quem nimio plus est indoluisse semel. Altera pars superest: qua turpi crimine læsus Arguor obscæni doctor adulterii. Et li. iiii. de ponto. Carmina nil ꝓsunt: nocuerūt carmina quondā: Primaq; tam miseræ causa fuere fugæ. Et li. ii. eiusdē opis ad Macrum: Naso parū prudēs artem dum scribit amandi: Doctrinæ pretiū triste magister habet. Libro ēt. iii. de tristibus ait: Deniq; nō possum nullā spare salutem Cū nō sit pœnæ causa cruēta meæ: Non aliqd dixi: uiolentaq; lingua locuta est: Lapsa ue sunt nimio uerba ꝓfana mero. Inscia q crimen uiderunt lumina plector. pctūmq; oculos est hūisse meos. Non equidē totam possum defendere culpam: Sed partē nostri criminis error habet. Nec breue nec tutum est/quo sint mea dicere casu Lumina funesti conscia fa- Carmen Error Oculi

cta mali: Mensq; reformidat ueluti sua uulnera tpus Illud: & admoni tu fit nouus ipse/dolor. Et q̃cunq; adeo possint afferre pudorem: Illa tegi cæca condita nocte decet. nil igitur referam: nisi me peccasse: sed illo præmia peccato nulla petita mihi. Stultitiaq; meũ crimen debere uocari. Noĩa si factis addere uera uelis. hæc naso. ¶ Vera dẽiq; Exilii cã fuit illa q uiderat ipse Augustũ cæsarẽ cũ Iulia filia quid turpe age re: ut. n. Suetonius scribit in Caii caligulæ uita: qui filius erat agrippi næ filiæ Iuliæ natæ ab auguro: p̃dicabat mr̃em suã ex icesto (quod augustus cũ Iulia filia sua admisisset) pcreatã. q̃cũq; igit̃ añ hac quidã aucupati sũt uana fuerit. Idq; ẽt ouidius ip̃e ĩnuit ibi ut patuit: & quæ cunq; adeo possint afferre pudorẽ: Illa tegi cæca cõdita nocte decet. nil igit̃ referã nisi me peccasse. sed illo p̃mia peccato nulla petita mihi. quib⁹ oñdit casu ĩcidisse ĩ augusti pudẽdũ facinus. Idq; suetoni uerba augusti ĩcestũ cũ iulia oñdunt.

Exilii cã

¶ Secundus Sermonũ Libellus de Acccipiendo Doctrinæ insigni/ Cõtinet Sermones Quattuor

¶ Medicinæ Laudes: & Patauini Gymnasii. Tit. Primo

Medicinæ cõmoda



Duertenti mihi dignissime Rector. Doctoresq; præclarissimi/ & maxima & infinita ualdeq; necessaria Medicinæ cõmoda humano generi esse: Visum est illi potius q̃ cæteris aliis disciplinis/ summa diligentia summa cura/ multis uigiliis: opam studiũq; impendere. Ea nanq; furorẽ: insaniã: phrenesin: Sensuũ deniq; omnium morbos curat: Ea sola uigorem hominibus & salutem præstare potest. Ea uiuaces sumus: caremur Langore: Lætitia fruimur & mente sana. Quid igitur Medicina hominibus dari a Superis melius potuisset: profecto nihil. ¶ Plura de hac re: & Inuentoribus eius: nisi apud Doctissimos Oratio haberetur: In medium ferrem. Dicerem quoq; Patauinũ Gymnasium cæteris præstare oĩbus: tum loco/ tum ordine: tum lectorum doctrina & sapientia/ nisi hoc ipsum pateret omnium auribus atq; oculis. ¶ Sed quid de Rectore ĩ omnes studiosissimo referam? Cũ ita sit uita pbissimus: doctrina insignis: genere nobilissimus: uirtutumq; oĩum cumulo refertissimus? Quo circa illius uestigia doctores alii & auditores sectantes his Moribus degunt omnes quibus Socratẽ uixisse accæpimus/ & Aristidẽ cognomento Iustum appellatũ. Gratulor igitur summo deo q huc me cõtuli: hoc Patauino Gymnasio studui: hoc & profeci. Laudãtur Athenæ oĩum bonaꝝ artium Inuentrices: Ibi enim Philosophorũ studia uiguere Quum autem Patauini Gymnasii Doctores Philosophosq; Eximios Mente concipio: Illis minime inuidẽdum eẽ Facile animaduerto. Hic enim Rhethores optimi. Hic Viri probissimi. Hic

Rectoris Laudes

Aristides

Athenæ.

Patauini Gymnasii laudes

oium Disciplinaꝝ magistri: Hic ad humani generis ornamentum & Decus plurima Commoda passim reperiuntur: Nam pstantissimus Vicarius noster & uenerandus Rector inclytus & q optimus. Prior item insignis & sapientissimus Cæteriq doctores excellētissimi: Nō Theophrasto non Aristoteli/nō diuino Platoni/nō ipsi Soloni: aut Thaleti sapientissimo/uita/moribus/facundia: doctrina: sapientiaq ulla cederent. Qua de re ex omnibus terræ partibus non immerito huchuc studenti discendiq gratia innumeri confluunt: ut tot tantaq bona in patriā referant. Hac igitur fama percussus ego: Perusia: Senas Pisis Bononia & aliis cunctis urbibus: In quibus studia disciplinæq uigent relictis Vos uos inquā Patauino Gymnasio profitentes adiui celebraui colui: audireq & dies & noctes conatus sum. Itaq optatū finem ex sententia attigi. Viderunt enim & audiere prudētiæ uestræ mei diuturni laboris & studii puentum & opus. Quam ob rem ducē & auspicem meum Nicoletum: nulli quidem tum antiquorum tum recentium Philosophoꝝ post habēdū & fama super æthera notum: Vosq alios oro ac obsecro: ubi pbatus sum mihi Artium & Medicinæ Insignia/uestra summa auctoritate tradere non dedignemini. Quod uos agere cum sit æquissimum/& mihi pergratum erit: & cunctis debere omnibus: dum uita fruar: non desinam. Dixi.

¶Iuris Ciuilis Præstantia. Titulo Secundo.



VOniam Doctores Inclyti: Facultas Ciuilis honorabilior est: atq præstantior Medicina teste Philosopho Ethicorū primo Et enim sine controuersia & magna est: & late patet: & ad multos pertinet: & summo in honore semp fuit: & clarissimi ciues ei studio & semper præfuerunt: & hodie præsunt. Cum Ius Ciuile sit quod in legibus senatusconsultis rebus iudicatis: Iurisperitorum auctoritate: edictis magistratuum: more. æquitate cōstat: ut Cicero scribit Omnisq lex inuentio & donum dei sit: ut Digestis de legibus habetur. Meo quidem sedit animo Iuri ciuili potius q medicinæ: alterius ue scientiæ facultati operam summo studio tradere. Itaq Perusiæ annos quattuor præstantissimos legum doctores: & Philippū Corneum & Baldum audiui summa cum diligentia. Postea uero tres ānos Pisis Bartholomæi Sozini doctrinam hausi: Cūq laborum insigne sumere decreuissem: a parentibus reuocatus in patriam urgente causa: uoto obsequi minime potui. Venio igit hodie: ut studii uigiliarumq testimonia referam: Qua de re Scientissimi doctores: Dignemini etiam atq etiam oro/Iuris ciuilis insigne mihi tribuere: Dignissimi: quibus si ego non possim; Dii pro me gratiam referant: & me hercle referrent. Dixi.

Facultas Ciuilis

Ius Ciuile quid

Lex quid

De Legum latoribus. Titulo tertio:



Vm nulla in me dicēdi facultas benignissime pater Vica-
rie/ Doctores eximii: studiosa iuuentus: Et timor homini
bus mentē cōsiliumq̃ eripiat & membra debilitet: Haud
equidem' mirꝝ: si forte huic ꝑstantium uirorum consilio
oratione aliqua minime satisfecero. Omnino tamen cunctos oro ac
obsecro attentis' auribus diligenter me audiatis Dicam etenim bre-
uiter quis nam gentiliū sanctissimis legibus principia olim dederit.
¶ Diuinas igitur leges primus hominū Moses Hebræis explicuit:
quas ille adeo accæpisse fatebat: quo citius populi ob rei excellentiā
Moses legibus obtemperarent. Phoroneus Rex Argius: Mercurius Trisme
gistus Aegyptiis. ¶ Non hēntibꝰ leges Spartanis Lycurgus īstituit:
Phoroneꝰ non inuentione earū ꝗ exemplo clarior. siquidem nihil lege ulla in
Mercuriꝰ alios sanxit: cuius nō ipse primus in se documenta daret. Dicebatq̃
Lycurgus Apollinem suaꝝ Legum autorē extitisse ut Minos Iouem: quū Cre-
tensibus leges dedit. ¶ Solon Vir Iustitia insignis Atheniensibus: cū
nullæ essent leges: quia Regum Libido pro legibꝰ habebat: tam præ
claras tamq̃ utiles tulit leges: ut si iis ꝑpetuo uti uolissent: sempiter-
Solon nū hituri fuerit īperiū. ¶ Nūa Pōpilius Iustitia Religiōeq̃ īclytꝰ: oīs
diuini atq̃ hūani iuris uir cōsultissimus: q Romulo successit ī regno
Numap. Romāis iura: leges: ac mores cōdidit & plures & utiles. ¶ Missi dein
de Legati Athenas: iussiq̃ inclytas Solonis leges describere: & aliaꝝ
Græciæ ciuitatū instituta moresq̃ noscere. Anno itaq̃ Trecētesimo
altero ꝗ condita Roma erat: Creatis Decemuiris omisso consulum
magīstratu: legibus cōdendis opa data est. Ingentiq̃ hominū expe-
Decēuiri ctatione ꝓpositis Decem Tabulis populum ad cōcionem aduocaue
Decem runt. Et quod bonum faustum felixq̃ reip. ipsis: liberisq̃ eoꝝ esset: ire
Tabulæ & legere Leges propositas iussere. Se quantū decem hoīum ingeniis
prouideri potuerit: omnibus summis infimisq̃ iura æquasse. Et quia
plus pollerēt multoꝝ ingenia consiliaq̃: uersarēt in animis secū unā
quanq̃ rem agitarent deinde sermonibus. atq̃ in medium quid in ꝗ
q̃ re plus minusue esset cōferrent: Eas leges habituꝝ populum Ro.
quas omnium cōsensus nō iussisse latas magis: ꝗ tulisse uideri posset
Tabulæ Adiectæ igiť postea duæ sunt tabulæ. Itaq̃ Leges decemuirales: qui-
duæ bus tabulis est nomē: in æs incisis in publico ꝓposuerūt. Quæ quidē
Lex xii. in īmēso aliaꝝ super alias aceruataꝝ legum cumulo fons oīs publici
tabu. priuatiq̃ iuris fuere. Paulatimꝰ postea antiquæ leges uetustate atq̃
incuria exoluerunt. Nouæ aūt a Constātino Cæsare cœperunt: & reli
quis posteris: Erantq̃ pm ixtæ atq̃ inordinatæ. Quaꝝ ꝓlixitas: q̃ ni-
mia erat: mirabili breuitate Iustiniāo impatoř correpta fuit: ut passim
uidere licet.

uidere licet. Lucius uero Crassus summæ dignitatis & eloquentiæ uir prius: Post hunc etiã Iulius Cæsar Dictator Ius Ciuile ad certum modum redigere/atq; ex immẽsa diffusaq; legum copia: optima quæq; & necessaria in paucissimos conferre Libros destinauerant. Quod tamen Iustinianus egit. ¶Ipsæ deniq; Leges Viri Egregii quantum in se & ponderis. & cõmodi: & honoris habeant Philosophus ample ostendit his uerbis: Sicut optimum animaliũ est homo lege fruẽs. ita pessimum animaliũ est homo ab lege & iustitia separatus. Et illis: Melius est iudicare secũdum leges q̃ ꝓpria scientia. De legibus hactenus. ¶Iam uero operæ precium uideret: ut de huiusce præclarissimæ ciuitatis Perusinæ laudibus ego dissererem: At ne lõgior esset oratio silere melius puto q̃ parum dicere: ut ille de Carthagine inquit itaq; Clarissimi patres & domini: Cũctos oro exorẽq; opto Tuã potissimã pietatem atq; clæmentiam Venerande pater Vicarie: ut mihi tãdem Cæsarii iuris insignia cõcedãtur Quo sane Beneficio: dum spiritus reget hos artus cũctis ero & deditus & deuotus cliens. Dixi. Lex

¶Litteratorũ Catalogo Ascribendi petitio Titulo q̃rto.

CVm moris sit hac urbe ĩclyta illustriq; patria nostra. Viri præstãtes: qui litteris operã dederint una: cõscribi: Et ego grãmatices Oratoriæq; & poetices documẽta præceperĩ Optarem equidem litteratorum Catalogo iam ascribi: ut quæ exigit Tabellionat⁹ officium & falcultas/ Hinc hauriam: Vbi ea uiget & celebrat. Agite dum Patres optimi obseqmini uoto meo ꝓbabili ipse etenim uelis & equis/ut in prouerbio ẽ nitar id exequi: ubicunq; fuero quod honori & laudi uestro insigni collegio possit accedere Legitur Mediusfidius in Platone illum eẽ Virum bonum quicunque potest/fauere nititur nocetq; nemini Si ergo boni estis: ut omniũ ẽ opinio: totiusq; ciuitatis uno id ore canitur Me recipite Me apud uos degere cõuersariq; passim uelitis Oro ac obsecro etiã atq; ẽt Patres ĩclyti. potestis. n. Eo aũt peracto grãm cuicũq;/& age r̃ & habere & refer re pro facultate assidue conari non desinam. Dixi.

¶Tertius Sermonum Libellus de Magistratibus: Cõtinet Sermones Vnum & uiginti.

¶De Prætoris Officio: ubi scribitur: Cur Leges cõditæ. Quid princeps cauere debet. Iniustũ Iudicem a Cambyse excoriatũ. De Iustitiæ laudibus. Malos puniẽdos. inde de Iureiurando. Titulo Primo.

NEqueo mente conceptũ: ore proferre sermonẽ: & cordis lætitiam lingua non explicat Prætor æquissime. Video siquidem: quanta innocẽtia/quanta deinceps oĩbus in rebus temperantia: quanta fide: quãta facilitate: hũanitateq;

& Iustitia:erga remp.nostram uti possis : Cum animaduertam te for-
tem : iustū seuerum/grauem/magnanimū/largū:bñficū:liberalē fo-
Leges cur re. Vnde spero te potius optima facturum quam promissurum/ser-
uando potissimum leges. Constat enim ad salutem ciuium/ciuita-
Princeps tumq3 incolumitatem : uitamq3 omnium qui etam & beatam condi
tas esse leges. Sed melius profecto est ciuitatem regi uiro optimo :
q̄ lege optima:ut inquit phūs. Qūo enim impabit urbi:q nō pōt cu-
Caput piditatibus impare? Refrenet ergo princeps libidinē:spnat uolupta-
Exemplū tes:iracundiam caueat:auaritiam coerceat : cæteras aī labes repellat.
Iustitia Nisi & enim caput sanū fuerit:omnia mēbra erunt in uitio Vnumq3
exemplū aut luxuriæ:aut auaritiæ:multū mali facit. Hinc optime Ci-
Cambysis cero inquit: Plusq3 exēplo quā peccato nocent. ¶Hoꝝ uero nihil in
iudex te ueremur p̄tor illustris: Nam pre te fers uirtutes oīs : p̄serti iustitiā:
sine qua īpossibile ē habitari ciuitatē. Hinc Cābyses: ut legit:iniustū
iudicē Sisannē excoriari fecit & sup iudiciariā sellam pellē eius extē
dit: Filiumq3 eiusdē Othanē ꝓ iudice sedere iussit : ut iniuste iudicare
iustitiæ la⁹ metueret: ne simile facere iudicium pateretur.tunc autē potissimum
iudex īteger ac bonus dīcū malefacta uindicat: bonoꝝ enim salutē
custodit:qui malos punit : Et peccata nō coercere peccatum est. Sed
Malos quid demum p̄stātius quā intelligi nos ad iustitiam esse natos? Hæc
puniēdos enim pfecta est uirtus:atq3 ob id ipsum/Iustitia p̄clarissima uirtutum
esse uidetur: qua quidem neq3 ē Hesperus neq3 Lucifer admirabilior.
Inde ꝓuerbio dicere cōsueuimus:iustitia in sese uirtutes cōtinet om-
nis. ¶Cæterum quia impunitatis spes:maxīa est peccādi causa:pœnā
semp autem oculos uersari putent:qui peccauerint:ne uno inconue-
nienti dato : multa contingant : Idcirco castigandum & temperan-
dū ē/id oē quod turpia cōcupiscit. Multitudo siquidē necessitati po
ti⁹ q̄rōni & pœnis q̄ honestati paret. Hic aduersus inobediētes:& he-
betiores ingenio:castigationes pœnasq3 īstituere legum latores. Ve-
strum itaque est: ut uoluntatem sequatur effectus: Seruando ut dixi-
mus innocentiam:temperantiam.fidem:facilitatem:humanitatemq3
in remp.nostram: Coercendo uoluptates: iracundiam : auaritiam:&
cæteras animi labes. Seruataque uirtutum regina iustitia prauos pu
niendo : id defendas : quod esse optimum sentias.homines enim ad
deum nulla uirtute propius accedunt quam salutem hominibus dan
iusiurādū do. ¶Sed quoniam nullum uinculum ad astringendam fidem iure
iurando maiores arctius esse uoluerunt:quod indicant leges in duo-
decim tabulis indicant sacratæ:indicāt fœdera : quibus & cum hoste
deuincitur fides : iureiurando promittes reip.nostræ mores & Leges
Institutaque omnia : & iura cuncta:seruare tutari defendere. Dixi.

¶De Gubernatorum Reip. Officio: ubi scribitur: quæ sint propria munera Magistratus. De iustitiæ laudibus & imagine eiusdem. Quales esse debent iustitiæ Antistites. Honestis rebus studentes honoribus prosequendos: Quid sit iusiurandum. postremo Religionis curam habendam. Tit. secundo.



CRedo equidem Patres optimi admiratiōe uos afficitcū tot summi uiri sedeant: Ego maxime locum ascenderim: qui neque ætate: neque ingenio: sum his qui sedent/cōparandus. Oro tamen ac obsecro (& si plus oneris sustuli quam ferre me posse intelligo) attente me audiatis: Cum ad dicendum impedimento sit ætas: & pudor qui ornat ætatē: Attendite quæso. audire enim ē operæ ꝑtium. Quod autem in pn̄tia dicam: nil aliud erit q̄ magistratus officia cōtinēs. ¶ Est itaque ꝓpriū munus magistratus: itelligere se gerere personā ciuitatis: Quæ nihil est aliud q̄ cōcors hominū multitudo. Debereq; eius dignitatē & decus sustinere: seruare leges: iura describere: & ea fidei suæ cōmissa meminisse: Vrbis etiā templa: uias: aquas: ærarium: uectigalia tueri atq; defendere. Referreq; Leges oīs ad reip. cōmodū. Nā sicut medicina corpori ꝓdest ut aiunt: ita reipublicæ leges. cogitare quoq; quid utilitas ciuitatis: quidnā cois salus exq̄rat: Seruādo iustitiā ꝑpetuæ cōmēdationis & famæ fundamētum: sine q̄ nihil pōt esse laudabile: Vnde sicut optimū aīaliū ē homo lege fruens. sic pessimū aīalium ē homo ab lege & iustitia separatus. Ex q̄ quidem una uirtute uiri boni appellant: Et sine iustitia ipossibile ē hītari ciuitatē: Hinc eius imaginē & pictores & Rhetores: forma atq; filo uirgiali: aspectu uehemēti: & formidabili luminibus oculoꝝ acerbis: neq; hūilis neq; atrocis sed reuerēdæ cuiusdā tristitiæ dignitate finxerūt. Per quod itelligi uoluerūt: eos qui iustitiæ antistites essent: oportere eē graues: sanctos: seueros: icorruptos: cōtraq; iprobos nocētesq; imisericordes atq; inexorabiles. ¶ Cæteꝝ nulla re cōciliare facilius beniuolētiā multitudinis pn̄t hi: qui reip. ꝑsunt: q̄ abstinentia & cōtinētia. Nullū enim uitiū tetrius q̄ auaritia: ꝑsertim in principibus: & remp. gubernātibus: Cōciliabit & ciuiū beniuolentia: Si quoscūq; ura magnificētia uiderit honestis rebus: bonisq; studere: eos honoribus ꝓsequetur: aliter. n. artes q̄s bonorū fontes eē aiunt: corrūpent. Dicerē in hac re plura: ne tn̄ diffusa oratio tædium generet: ꝑteribo. ¶ Itaq; Rectores magnifici: hodie magistratum inituri uos hortor ad ea seruādū: & illa cuncta quæ institutis moribus: & legibus huius inclytæ ciuitatis cōtinentur: uti & præcedentes defuncti magistratu rite & optime cuncta ad unguem seruauere. Adhibitoq; Iureiurando (id enim est Affirmatio religiosa:

Margin notes: Magistratus munus | Ciuitas quid | iustitiæ laus | iustitiæ imago | iustitiæ ꝑfides | Cōtientia | Auaritia | iusiurādū quid

quod aũt affirmatiue quasi deo teste ꝓmittitur: id tenẽdum est) tota mente reip. onus suscipite: Nihil enim ẽ: quod uobis maioris fructus gloriæq́ esse possit: Nec qcq̃ ex omnibus rebus hũanis est præclarius aut ꝑstantius q̃ de rep. bene mereri. Nã uerũ decus in uirtute positũ ẽ quæ maxime illustratur magnis in remp. meritis.

Cultus diuinus

¶ Et quoniã deoꝝ imortalium numĩe omnia regi gubernariq́ ꝓspeximus: adhibenda diligẽtia est: ut in cogitatione legis diuinæ: in cultu pietatis in sacrarum uirtutum exercitio populus ipse uersetur. Nam quum doctrina minime erit in deorum templis: intelligimus perire pudicitiam castitatem mori iustitiam & omnes obire uirtutes. Dixi.

¶ De Officio eorũdem: ubi scribit: Ciuiũ utilitatẽ tuendã Totumq́ reip. corpus curandũ ne seditio oriatur. Ignobilium uirtutem nobilitatis inertiæ ꝑferendã. Appetitus rationi obedire. Rectoꝝ mores ꝓdesse & obesse ciuibus. Accusatores in ciuitate necessarios. prauos puniẽdos. Iustitia quid sit & eius partes Religio: Pietas: Gratia &c. Ti. 3



Ciuium utilitas tuenda

Nituris hodie nouum ꝓ Rep. gubernãda Magistratum Viri ꝑstantes: ꝓ reipublicæ utilitate/proq́ illorũ fama & gloria (qd. n. homini dari põt maius quã gloriã & laus) q̃dam seruãda apiam si me diligenter audiri uideto: Incipiã itaq́ ubi cũctos me attendere aĩaduerto. ¶ Quicũq́ reip. ꝑsunt. Duo maxĩe seruare debent. Vnũ est: ut ciuium utilitatẽ sic tueant: ut qcquid agũt: ad eã referant. obliti cõmodoꝝ suoꝝ: Nam ut tutela sic ꝓcuratio reip. ad utlitatẽ eoꝝ: q cõmissi sũt: nõ ad eoꝝ: quib⁹ cõmissa ẽ geri dẽt. Alteꝝ uero: ut totũ reip. corpus curẽt: ne dũ ꝑtẽ aliquã tuẽtur: reliquas deserãt.

Tota resp. curanda

Qui. n. parti ciuiũ cõsulũt: partẽ neglegũt: rẽ pniciosissimã in ciuitatẽ inducunt: Seditionẽ atq́ discordiam. Quæ oĩa grauis & fortis ciuis ĩ rep. dignus pricipatu fugiet: atq́ oderit. Totãq́ eã sic tuebit: ut oĩbus cõsulat. Hoĩumq́ ignobiliũ uirtutẽ ꝑsæpe nobilitatis inertiæ ꝑferat: q̃ solus bonus honorandus est. Et dũ ciuitatis salutẽ cõseruet: mortẽ oppetat potius quam deserat illa quæ dixi. De cetero in omnibus ratione uti: atq́ orõne prudenter: Idcirco utenda diligentia: ut ne quid temere ac fortuitu: incõsiderate: negligenterq́ agatur. q̃ nihil agendum est: cuius non possit causa ꝓbabilis reddi. Omnisque in re quid sit uerum uidere & tueri oportet: nã falli: errare labi: decipi: tam dedecet quam delirare: & mente capitũ esse. Nec agẽdum est quicquam: quod dubites æquum sit an iniquũ: æquitas enĩ lucet ipsa per se: dubitatio autẽ cogitationẽ significat iniuriæ. Et quia haud negligendum est: quemadmodum reip. rector sese gerat aduersus ciues: ꝓuidendum rite primũ: ne cui noceatur: Deinde ut cõmuni utilitati seruiatur. Efficiendũque: ut appetitus rationi obediant: sintq́

ignobiliũ uirtus

Aequitas

Appetitus

tranquillitatem omni perturbatione animi careant. Inde enim elucebit omnis constãtia/omnisq̧ moderatio: Appetitus igitur omnes contrahendi/sedãdiq̧ sunt: Vt honeste/parce/cõtinenter/seuere/sobrieq̧ non turpiter/non delicate/non molliter ab aliquo uestrum uita uiuatur. Nam qualescũq̧ Reip. rectores fuerint: tales etiam ciues. Et quæcunq̧ mutatio morum in principe extiterit/eadem in populo sequetur: quia cupiditatibus principum ut uitiis infici solet ciuitas: sic emẽdari & corrigi continentia: Recta enim uiuendi ratio meliores efficit. Quo circa etiam Accusatores esse multos in ciuitate utile est: Vt metu contineatur impioꝝ ac sceleratorum audacia: Nam sunt quidam homines non re: sed nomine. Verumtamen hoc ita est utile: ut ne plane illudamini ab accusatoribus: quod sæpe accidit. Oportet igitur bonos ꝓuocare ad uirtutẽ per præmia: Malos autem per pœnam Insanabiles penitus extirpare. Nam bonis nocet: qui parcit malis. Magistratus autem custos est iusti: Omni ergo ratione colenda & retinenda Iustitia est. Tum propter se ipsã: tum propter amplificationem honoris & gloriæ Qui igitur adipisci ueram iustitiæ gloriã uolent: iustitiæ fungantur officiis: Quæ quidem est habitus animi communi utilitate conseruata suam cuiq̧ tribuẽs dignitatem. Eius partes Religio. Pietas: Gratia: Vindicatio: Obseruantia: Veritas: Religio diuinorum curam cerimoniamq̧ affert: quæ nullo pacto in ciuitate deesse debet: Pietas est per quam sanguine cõiunctis: patriæq̧ beniuolis: officium & diligens tribuit cultus. Gratia ẽ in qua officiorum alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur. Vindicatio. ẽ per quam uis aut iniuria: & omnino omne quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsant. Obseruãtia est: per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Veritas est: per quam dicuntur immutata ea: quæ sunt: aut fuerunt: aut futura sunt. Quæ omnia cum prædictis seruantes Vrbium Præsides: & ipsi gloriam consequentur: & ciues omnes concordia fruentur: quod in unaquaq̧ Ciuitate potissimum. Concordia nãq̧ simile quid Amicitiæ esse uidetur: sine qua Respublica nulla erit. Vt ergo quisq̧ magis ac magis ad Reip. salutem inuigilet: Iureiurando (quod inuiolatum. sanctumq̧ esse debet) promittet ea omnia ꝓ Rep. se facturum: quæ ad totius populi commoda sint: & Patriæ perpetuo profutura. Verumtamen ante omnia curandum erit ut deus uerus iusto ac pio cultu in urbe ab omnibus honoretur: Nam Pythagoræ quoq̧ ꝑceptum est Deo semper quidem cũ laudibus amictuq̧ candido: & casto corpore honores adhibendos. Dixi.

Rectoꝝ uita
Accusatores
Boni
Magistratus
Iustitiæ partes
Religio
Pietas
Gratia
Vĩdicatio
Obseruantia
Veritas
Cõcordia
Iusiurãdũ
Dei cult9

¶ De Prætoris Officio: ubi scribitur. Prauos & impios puniendos.

Prætorē & iudicē eē dei ministros. Litē non esse ꝓrogandā. Iustitiā oibus æqualiter ministrandam Iram & Auaritiam uitandas Tit.iiii.



Ptatus Aduenis Reip. nostræ Prætor insignis: nulli enim incertum est: semp apud te plus æquitatem ualuisse: q̄ summæ iustitiæ rigorem: Esse optimū: & sincerū: & fidum iuris interpretem: q nullus tibi improbus dn̄atur affectus. Itaq; totius nomine ciuitatis oro: ut solito more & in hac urbe recte iudices iustitiæ legem custodiens: uel potius æquitatis: qua semper in bonos uteris/prauos & impios acriter puniēdo: qui sine regētiū terrore: sine legū seueritate cōtineri nō possunt: Vnde ēt inuiti a prætore cogendi sunt ad recte uiuendum. Prætor enim est dei ministeria quo iustitia iudiciumq; suæ cōmissum est fidei. Ea igitur exercēda sunt maxima atq; optima fide: ne falsa ꝓ ueris/aut iniqua pro æquis accipiantur. Iudex etenim inter homines cōstitutus est/ut recto iudicio & legum pitia reddat/quod suū est unicuiq;. Ideoq; priusq̄ iudicet/libenter audiat/nec omnia facile credat: ingratq; illa/e quibus ueritatis sulgor emanet: sic quidē nunq̄ errabit nunq̄ labet. Veritate demū repta cognitaq; iustitia illico iudicabit: ne lis ꝓrogetur: ob q̄d sæpissime hominum animi odio maximo incendūtur/curis molestiis/anxietatib⁹ plenā uitam agentes/ob absumpta litigio patrimonia. Quorū certe omnium: plerumq; prætor & iudex ē causa: q iustitiæ locū nō dedit: uerumtamē iniquitati potius adhæsit: uel ꝑtio ductus: uel gratia quadam & beniuolētia. quod nefas a prætore & iudice ꝓcul abeē debet. Non.n. anteferendus est diues paupi. non ciuis aduenæ uel pegrino. non amicus ignoto: Sed quod æquum est sine alicuius delectu iudicandum: cū iudex sit ius spirans: Lexq; loquens. ponatq; ꝑsonā amici quum induit iudicis. Cauendū igitur/ne coruis uenia det. columbas cēsura uexet. Est & ira prætori uitanda/qua animus præcipitat: cum qua nil recte fieri pōt: cū sit inimica cōsilio. Vitetur & auaritia: ne iustitia nefas & honestū ꝑstituant. quo nihil grauius: tetrius: horribilius. Nam utilitas antefertur Honestati: & pro sonte insons damnatur: ꝓ pio impius munerum gratia iustificatur atq; absoluit Nec ullo metu terrore ue aut minis trahi debet ullus ut iustitiā desetat (pro qua exequēda iam uenit ad nos tua prudentia) sed forti animo legum sanctitas custodiatur: Mori.n. præstat q̄ turpia ꝑpetrare: Hæc eqdē omnia prætor insignis: non alia causa cōmemoro: nisi ut currenti equo calcar adhibeatur. Scimus enim tua egregia probitate & animi magnitudine patriæ nostræ libertatem & cōmoda cuncta tutaberis: semper honestum & probabile sequēs: quæ prima sunt & potissima in omni rep. Scimus item Vnicuiq; nostrum fidem: pietatē: cōsilium: operam

Impii Prætor

Iudex

Lis.

æquus est iudicandū iudex

Ira

Auaritia

tuam presto fore: & profuturam. Denique ut ciuitatis consuetudo seruetur iureiurando Dignatio tua promittet ea omnia totius officii tẽpore hic seruare: quæcunque nostris & moribus & Legibus & Institutis continentur. Dixi.

¶ De officio eiusdem: ubi scribitur. Ne quid temere fiat. Clæmentia nil laudabilius. Puniendos ad Reip. utilitatem referendos. Ius omnibus idem fore. Iram in puniendo cauendam. Incurabiles exterminandos. Singula cum ratione iudicanda. Nullius personam accipiendam. Titulo quinto.



Aetãtur omnes tuo aduentu Prætor Magnifice: Mihi uero exultãt præcordia: præsagiunt enim: qualis in Remp. nostram pretor esse iamdudum statueris. Nec uerẽtur qn cõsiliis & diligentia tutaberis ciuitatem omnem: In quo multum operæ multumque studii pones: Cauebisque ne aliquid cõmittatur: ut aliquando dicendum sit: non putaram. Hinc illud in primis considerabis: ne quid temere nequid crudeliter fiat. Quoniã nil laudabilius: nil magno & pclaro uiro dignius placabilitate atque clæmentia. Quæ tamen ita probanda est: ut adhibeatur reip. causa seueritas: sine qua administrari ciuitas nulla potest. Omnis autem animaduersio & castigatio cõtumelia uacare debet: Neque ad eius: qui puniet aliquem: aut uerbis castigat: sed ad reip. utilitatem referri. Cauẽdũ etiã ne maior pœna q̃ culpa sit. Et ne iisdem de causis alii plectãtur alii ne appellent quidem. prohibendaque est maxime ira in puniẽdo: nũq̃. n. iratus: q accedet ad pœnam: mediocritatem illam tenebit: q̃ est inter nimium & parum. Debent itaque hi q psunt reip. Legum similes esse quæ ad puniendum non iracundia: sed æquitate ducuntur. Verum oportet eos: qui curari ac emendari nequeunt: extrudere atque Exterminare: Quia non Tales sunt: ut ob pudorem obtemperent: sed ob metum: Nec ut a prauis ob turpitudinem abstineant rebus: sed ob pœnam. Oportet item inquisitores ueritatis non esse inimicos. Et in obscuris apertis testimoniis uti: que bonus singula cũ ratione iudicat. Nec ullius psonam accipiet: sed æquo iure nobilem & humilẽ: potentem & imbecillum si peccauerint corripiet & damnabit. Qui enim magistratu fungitur: Cõmuni semper utilitati summo studio & prudentia consulere debet. Hinc ait Bias: Magistratus uirum ostendit. Hæc omnia presagiunt mihi præcordia præstãtiam tuam in omnes ciues executuram: Merito ergo exultant: & ciues omnes lætant Age iam iureiurando: quod fit deo teste: promittas id agere quod Reip. nostræ: faustum & optimum fore uidebitur Dixi.

Placabilitas
Clæmẽtia
Seueritas
Aiaduersio
Pœna
Iratus
Præsides reip.
Leges
Scelerati
Inqsitores
Magratus
Bonus
Magratus

¶De Rectoꝝ Reip. Officio: ubi scribit A Magistratu remp. omni cura gurbernandã. Omnibus eandem utilitatẽ cõmunem fore. Prauos puniẽdos. Turpia uitãda. Nihil iniuste faciendum. Gloriã ex tribus cõstare. Qui maxime laudandi & qui contemnendi. Tit. Sexto.



Isa eiusmodi Viroꝝ prestãtium corona decreuerã nullo pacto hic orõnem hẽre Colẽdi patres: Vbi tamen summã in omnibus mãsuetudinẽ esse aiaduerti: mutata sententia locum inii: Vt quæcũq; de magistratu prius excogitaueram Cunctis aperiem. Attendite igitur ꝙ paucis absoluam. ¶In Republica Partes optimi: Ante omnia: Omnis Vestra Cura/ Cogitatio: Opera poni debet Quæ quidem Honestis cõsiliis: Iustisq; factis gubernanda est: Ad quod ideo utendum est Moderatiõe/ modestia/ cõtinẽtia/ tẽperantia: q̃ est Libidinũ inimica libidines aũt uoluptatis cõsectatrices. Debet & unũ esse oĩbus ꝓpositũ/ ut eadẽ sit utilitas uniuscuiusq; & uniuersoꝝ hoc. n. spectãt leges hoc uolũt icolumẽ eẽ ciuiũ cõiũctiõem Quam qui dirimunt: ii morte: exiliis uinculis. damno coercendi. ꝙ nõ licet cuiq̃ sui cõmodi gratiã nocere alteri Idq; cõmittere lege naturæ ꝓhibemur: Ea nãque non patitur ut alioꝝ spoliis nostras facultates: copias: opes augeamus: Nec magis est cõtra naturam morb⁹: aut egestas. aut quid huiusmodi q̃ detractio atq; appetitio alieni Intelligendũq; est: ubi turpitudo sit: ibi utilitatem esse non posse: ad honestatẽ enim nati sumus: eaq; sola expetẽda est Ergo ea deliberanda omnino nõ sunt: in quibus est turpis ipsa deliberatio: Iccircoq; nihil auare: nihil iniuste: nihil libidinose: nihil incõtinenter faciẽdũ est. Ac neq; cõtra rẽp. Neq; cõtra iusiurãdũ ac fidẽ: amici sui causa uir bonus faciet: Nam ratio hoc postulat ne q̃d insidiose: nequid simulate/ nequid fallaciter agatur: itaq; scelus absit: In quo gloria esse non põt: Quæ summa & perfecta constat ex tribus: Si diligit multitudo: Si fidem habet: Si cũ admiratiõe quadã/ honore nos dignos putet. Tunc aũt diligit: quum beneficiis illa afficitur: quũq; mouetur ipsa Fama & opinione Liberalitatis: Iustitiæ: Fidei. Iustis autẽ & Fidis hominibus: idest bonis: ita Fides habetur: ut nulla sit in iis fraudis: iniuriæq; suspicio. Eos uero suspiciunt: Maximisq; efferũt Laudibus: in quibus existimant se excellentes quasdam & singulares uirtutes perspicere: Despiciunt eos & contemnunt: in quibus nihil uirtutis: nihil animi: nihil neruorum putant: Quam obrem contemnunt hi: Qui nec sibi: nec alteri prosunt In quibus nullus labor: nulla industria: nulla cura in est. Maximeq; admirant eum: qui Pecunia nõ mouetur Male enĩ se res habet. Quum quod Virtute effici debet id tẽtatur pecunia. Vt Ergo Respublica optime gubernetur. Vos autem Gloriam cõsequa

Reip. cura

Praui Naturæ lex

turpitudo Honestas

Amicorũ gratia

Gloria ex tribus Dilectio

Fides Virtus

Ignaui

Pecunia

mini Patres optimi/Omni studio conari debetis: ut Iustitia:ut Tēperantia:ut Continentia: ut Fides ut Charitas in Rempublicam Nunq̄ a uobis discedant. Sic nanq; eadem erit Vtilitas uniuscuiusq;. & Vniuersorum. Sic uos diliget/Vos Admirabitur. Vos Laudibus efferet multitudo Rogo iam:quo promptior quisque sit ad reip. commoda nō solū seruanda:Sed etiam multo magis augenda: quo sit ēt ꝓnior ad iustitiæ præcepta obeunda: Iureiurando promittat quilibet ꝓ uiribus secundum Leges & instituta patriæ nostræ & regere & gubernare Ciuitatem. Præterea quia Religione sublata, nec sapientia teneri pōt: nec iustitia:autori rerum deo pentique cōmuni honos ueneratioque in ciuitate non desint. Nam scientia est Deum nosse: uirtus colere:in illo Sapientia:in hoc iustitia continetur. Dixi.

¶ De Officio eorundem: Vbi scribiť Reip. Rectores fore sapientes. Ciuitas'quid sit. Fauere aliis regiū esse. Arma ꝓ Reip. salute tenenda. Impios exterminandos. Cur principes constituti. Quod iustitiæ munus. Fides quid. Quæ sint tres furiæ Titulo Septimo.

NOn Eqdem sponte mea/uerūtamē aliorum hortatu huc ueni uiri sapiētissimi Vt quæ de publici Magistratus officio legeram palam eloquerer. Incipiam igitur cūctorum fretus Humanitate. Negat Plato Rēp. posse cōsistere:nisi is qui imperat habeat Sapientiæ studium Aut is: Ad imperandū Eligatur:quem esse inter omnes Sapientissimū cōstet. Nam male imperādo summū imperium amittitur. Et loco ignominiæ est apud indignum dignitas. Qua de re gratulor hodie patriæ: Cū electi fuerint Viri prudentissimi & Rerum usu Sapientissimi:quales fortasse nunq̄ alias ad regendam ciuitatem. Quāquidem esse dicūt:cōiunctionem hominum plurimoꝝ:in quibus sunt alii regentes:alii citeriores:coniuncti inter se concordia:& inuicem sibi opem atque Auxilium deferentes: iisdem Legibus rectis tamen officia sua temperantes: iisdem mœnibus una degentes: Quoꝝ mens eadem uelit & nolit Cateras uero:quæ ad hunc modum Ciuitates non erunt constitutæ sanas eē non arbitrantur. Regentium itaq; Prudentia agēdum est: Vt ea cuncta in ciuitate sint:quo omnes & pace fruantur:& Legibus iisdē obtēperent sibi uicissim opitulantes. q nihil est tam regium tam liberale: tam magnificum:q̄ Opem ferre supplicibus: Excitare afflictos: Dare salutem: Liberare periculis: Retinere homines in ciuitate: Quæ ipsa ut tutior sit ab improbis & intus & extra Rectores ipsi curare debent Sed nihil est neq; firmius:neq; felicius:neq; laudabilius Reip. q̄ tenere semper arma:quibus uel tectus ipse esse possis:uel prouocare improbos:uel te ulcisci lacessitus: Non enī uestiū nitor:uel argenti:uel auri:

Reip. rectores

Ciuitas quæ

Fauere

Arma te-

gemmarũq; copia. hostes aut ad reuerentiã nostram: aut ad gratiam inclinant sed solo terrore subigũtur. Armorum est & illud omnino curãdũ: Vt pestiferi & impii homines ex hoĩum cõmunitate exterminentur: Nam ut mẽbra quædam amputantur: si sanguine & tanquã spiritu carere cœperunt: & nocent reliquis partibus corporis. Sic illa in figura hominis feritas & immanitas bæluæ a communi hominũ cœtu segreganda sunt: principes enim sunt constituti: ut populum foueant & protegant. Qui ergo non defendit iniuriam: neq; ppulsat a suis: quũ põt iniuste facit: Et Viri boni splẽdorem & nomen amittit. Quod ne in uobis eueniat patres sapientissimi cauere debetis: Conatiq; ut æquo & summo & infimo iustitia seruetur: Iustitia nanque societas hominum continetur: Cuius munus est: ut quisq; coĩbus pro coĩbus utatur: priuatis aũt ut suis. Cuius etiã fundamẽtũ ẽ fides idest dictorũ cõuẽtorũq; cõstantia & ueritas. Ante omĩa tñ uitãdi sunt rẽp. gubernãtibus tres illi effectus: q̃ hoĩes in omnia facinora precipites agunt: ira: cupiditas: libido. Propterea enim poetæ tres furias esse dixerunt: quæ mẽtes hoĩum exagitẽt. Ira ultionem desiderat. Cupiditas opes. Libido uoluptates. Ex ira dissidia: expulsiones bella cõtra iustitiam nascũtur. ex cupiditate ad cõgerẽdas opes: fraudes: latrocinia: oĩa scelerum genera oriuntur. ex libidine q̃ utuntur ad capiẽdas uoluptates: stupra: adulteria: corruptelæ oẽs eueniũt. Deniq; ut ad calcẽ Orationis deueniã: Vestraq; ĩ mẽoria: quæ dixi tenacius affigant breuius oĩa repetam: Curabitis itaq; rectores magnifici ut ciues oẽs cõcordes sint & unanimes: ut alter alteri opem ferat: ut arma in urbe p cũctorũ salute & milites eruditi nõ desint: ut impii ac scelerati a bonorũ consortio excludant uel exilio uel morte: Vt oĩbus æquitas ipsa seruetur: Vtq; a uobis: radix malorũ omniũ auaritia pcul absit. & ira atq; libido Sic enim & Reip. cõmodis: & uestræ gloriæ cõsuletis. Ad quæ peragenda iusiurandum adhibere non pigeat quenq̃. In primis tamen curabitis ut summi & ueri dei cultus in ciuitate celebret. Nam ideo mala omnia rebus humanis quottidie ingrauescunt: quia deus huius mundi effector & gubernator iam derelictus est. Dixi.

Impii excludantur

Principes cur

iustitia

Fides

Furiæ tres

¶ De Prætoris Officio ubi scribit acuto homine & callido opus esse Reip. gubernandæ. Hoĩum uitia cohercenda. Prætori & Iudici fortitudinem & prudentiam necessariã: Qui uere iustus. Lex quid. Flagitiosum uirũ a Tribunali arcendum. Leges Araneorũ telis esse similes. Consulenda esse optima. Leges quando sint utiles. Titulo octauo.


Emo est: cui nõ placeat Virtus & sapientia tua Prætor amãtissime: q; acuto homine nobis est opus: & natura usuq; callido: qui Sagaciter peruestiget: quicquid Reip. nostræ conducat: & præstet: Ad quæ agẽda te neminem aptiorem ha

Reip. rector

bere possimus: tenes enim quibus rebus utilitas reip. paratur: augeturq;. Qua ppter ad eam moderandā usum & Scientiā: & Studium tuum conferas cuncti oramus: Vt ta uerū Reip. rectoré: consiliiq; Autorem publici habeamus. Tua igitur Autoritate nutuq; legū: ut bonos ptegas: Coerceas hoīum uitia atq; fraudes: damnis: uinculis: ignominiis uerberibus: exiliis: morte mulctādo: Nullo terrore nullis minis exterritus. Nā & prudētiæ & fortitudinis prætorem & iudicem oportet eē particeps: prudentiæ quidē: quia nō debet uerus iudex quæ determinanda iudicio sunt: ab alio discere: Fortitudinis uero: q pro Seruāda iustitia oīs timor abigendus est procul: Sed ille uere iustus habetur. Qui suis cōtentus: aliena non affectat: quiq; ab alienis mentem: oculos: manus abstinet: Quod & tu facere solitus Prætor iclyte: Legem: quæ est recti Præceptio: Prauiq; depulsio seruādo: q quasi Dux Vitæ & Magistra officiorum sit. Idcircoq; Pisistratus Atheniensium Tyrānus Solonis licet Aduersarii sui Leges Quas ille Atheniensibus dederat: seruari atq; secūdū eas uiuere iubebat. Inter q̄s Solon ipse: Eum q nequitia ac flagitiis insignis esset: Tribunali publicisq; suggestis arcēdū statuit: Principéque: si Ebrius deprehensus esset / morte mulctādū. Dicebat etiam Leges Araneoꝝ Telis esse simillimas: Illis nāque siqd leue & imbecillum inciderit: inuolui ab eis: atq; contegi: siquid maius aut grauius perrūpi ac perire: Aiebat itē cōsulēda esse: nō quæ suauissima: sed quæ optima essent: Animū ac Rationem ducem sequendo. Quæ uitia quantū a tua Prudētia absint: Nemo est q nesciat. Nullæ enim in te nequitiæ: nulla flagitia: nulla crapula deprehensa est unq̄. Legesq; infimis ac sūmis æq̄s esse uoluisti semper: Velisq; etiā apud nos idem oro. Deus enim ac Legum latores nō soli iuuare ciuitates possunt: sed qui multitudiné aguntur in quācūq; sententiam uolunt. Ii nanque si recte rem administrent: Deus ac leges utiles sunt: Sin aūt male: nihil prosunt. Quæso itaque iureiurando uti & consuetum est apud remp. nostram: pollicearis ea omnia protegere: atque defendere: & seruare: quæcunque nostri Mores: nostræq; Leges & Instituta maiorum admonent ac iubent Dixi.

Sceleratos puniēdos iudex

iustus.

lex quid.

pisistratus.

Solonis leges

Leges araneoꝝ telæ

Cōsulēdū quid

Leges quādo utiles

¶De officio eiusdem: ubi scribitur. Sapientes naturaliter aliorum rectores. Nihil utile esse: quod sit iniustum. Aequo iure omnes regendos: Appetitum rationi obediturum. Tit. ix.



Orrore quodam: & stupore ingēti afficior tāti uiri præsentia & amplitudie ciues optimi: Quapropter unde incipiam nec scio nec uideo: Verum ubi omnino aliquid dicendum est: ne frustra uenisse huc uideamini: si attentos aīaduertero: pauca de multis differam. Adeste igitur

Tu potissimum Prætor insignis ad quem tota mea se uertet oratio: Quippe Reipublicæ nostræ rector aduenis iure optimo: omnes eni ratione & intellectu uigentes naturaliter Domini sunt/& Rectores aliorum. quos ordinare non ordinari oportet: idest regere & non regi. Suscipereq; onus officii: quod se putent sustinere posse: Vt tua prudentia facit: quæ nisi cognosceret & doctrina & moribus & consilio profuturã se huic ciuitati nullo pacto huiuscemodi onus susciperet. Cogitabis ergo quid utilitas ciuitatis: quid communis salus reip. postulet: idq; ante omnia: Nam principia maxime ualẽt ad consequẽtia. Illudq; semp ante oculos habeto: nihil nec expedire nec utile eẽ: quod sit iniustum. Quotiesq; sententia ferenda est: semper secundum legem feratur: quoniam id demum est iustum: quod legitimum sit: quod uero fit contra legem: id est uiolentum. Omnis itaq; adhibẽda est cura meditatio diligẽtia: ut æquo & pari iur̃ omnes regant̃. Tum in Rep. ea uelis: quæ tranquilla & honesta sint: ut pberis & ab his qui bus eũ & apud quos uiuis. Cogitatio in uero exqrendo maxime uersetur: Inde curãdum est ut cogitatione ad res q̃ optimas tua utat̃ excellentia: Appetitũq; rationi obedientẽ pbeat: quo nihil est ad officia cõseruãda: accõmodatius: Ad summã ne agam de singulis: cõem totius ciuitatis cõciliationem & societatẽ amare tueri: seruare debebis: sic tibi laus & gloria nobis uero sũma felicitas erit. hortor igitur atq; obsecro dignatio tua iureiurando adhibito pmittat ea cũcta in reip. nostræ salutem & cõmodum seruare. q̃ nostra iura municipalia: diuina humanaq; eam cõstituta iubent. uitabit aũt piurium eo nãq; puocat deus ad ĩdignationẽ & irãutq; inuocãtes nomen eius ptegit: & defendit ita illud contemnentes obhorret: atq; persequitur. Dixi.

Sapientes dñi alioꝝ

Principia

Appetitus

¶ Prætoris concio Accepturi Præturæ ĩsignia. ubi scribitur: Iustum quid. Perturbationes fugiendas. Contumeliam repellendã. Pecuniã contemnendam. propulsandam iniuriam Tit. x.



Icet potueri ego: Prætor adire alia urbes Magnifici dñi: uolui tñ hãc cũctis pponere: tũ reꝝ copia tũ ciuiũ clarissimoꝝ frequẽtia. Itaq; dabo opam ut & amicos: & iuuentutẽ: & maxie rẽp. cõsilio & prudẽtia q̃plurimũ adiuuẽ. Bonos & utiles amore prosequar: Malos & inutiles odio: id eni est uiri magnanimi pũire sontes m̃titudinẽ cõseruar̃: ĩ oĩ fortuna recta atq; hõesta retĩere. Qua d̃ re debitũ unicuiq; reddã/quod cuiq; cõueit tribuẽs: id nãq; iustũ appellãt. Ad q̃scunq; res aptissim⁹ ero: in iis potissimũ elaborabo: In cũctis oĩb⁹. Præstans: (quæ ĩ mea sunt ptãte) iustitiã fidẽ: libalitatẽ modestiã/tẽperãtiã: Fugiã uero mot⁹ aĩ nimios: ratiõi ñ obtẽpãtes. i. pturbatões: q̃a quæ cũ aliq̃ pturbatiõe fiũt: neq; ea ꝯstã

Iustum

Perturbationes

ter fieri possunt: nec ab his: qui adsunt approbari. Præterea quo obiurga tiões nõnũquã ĩcidũt: necessariæ id agã: ut ira ꝑcul absit: grauitate tñ adiuncta: ut seueritas adhibeaẜ & cõtumelia repellaẜ. Pecuniæ quoq; cupiditas a me lõga aberit. quod nihil ẽ tam augusti aĩ tãq; pui q̃ amare diuitias: nihil honestius: magnificẽtiusq; quã pecuniã cõtẽnere: si nõ hẽas: si habeas ad beneficẽtiam liberalitatẽq; cõferre. iniuria nemini per me fiet: qm̃ fortes & magnanimi sunt hẽndi: non qui faciunt: sed qui ꝓpulsant iniuriam: Semp dẽiq; aliquid adeo ẽ reip. uræ utilitatẽ afferam: & mores & leges & instituta ciuitati uestræ inclytæ pro uiribus tutans custodiens atque obseruans etiam iniuratus. Dixi. obiurgatõnes Pecunia iniúria

¶ Eiusdem Concio: ubi scribitur omnium cõmodis consulendum. Prauitati non parcendum. Leges cur factæ. Iustitia quid. Iusiurãdum ad quid pertinet. Titulo Vndecimo.


Ognita mihi iãpridẽ huius urbis & ciuitatis inclytæ præstantia iucundæ præturæ desiderium attulit Sapiẽtissimi domini: aduenit tãdem optata dies: qua quidem ex animi sentẽtia ostendere possim: quanta in rẽpublicam uestram charitate semp affectus fuerim: Ea enim ratione huc me contuli: ut non solum huic ciuitati præsim: sed etiam prosim. Ac quantũ in me fuerit omnium cõmodis consulam. Itaque prudentia humanitate & innocẽtia prætoriam dignitatem ornabo: Eoque animo: eo cõsilio: ea ratione munus & officium meum administrabo: ut obsit nemini: prosit omnibus: At prauitati nõ est uenia danda: nec illorum cuiquã quæ uituperabilia sunt: quod nõ ẽ crudelitas apud eũ punire sontes: sed pietas. Legesq; ideo factæ sunt: ut earum metu hũana coerceaẜ audacia: tutaq; sit inter improbos innocentia: & Iustitiæ locus nõ desit. Quæ certe habitus est tribuens unicuiq; suam dignitatẽ: Deo religionem Parentibus obedientiã: Paribus cõcordiam: Minoribus disciplinam: Sibi ipsi castimoniam: Itaque summũ bonum est in terris iustitiã colere: quæ uirtus apud me semper potissima fuit: & eẽ debet apud oẽs: secus enim nulla quies: nulla pax: nulla salus Reip. esset. In dicendo iure seueritate utar: quã scilicet neq; gratia: neq; odiũ mutare possit. Cui & grauitatẽ adiiciam: & facilitatẽ in audiẽdo. E meis uero comitibus nemo erit: quẽ quæstus ullus: aut priuatum commodũ a recto possit auertere. Nec aliquid mihi gratiꝰ erit: unquã: quã ut uestri mores: uestræ leges: & instituta seruentur uel iniurato. Verum ut maiorum cõsuetudinem & nos sequamur: adhibebimus iusiurãdũ: in quo sane non qui metus: sed quæ uis sit debet intelligi: nam pertinet ad iustitiam & fidem Qui igitur iusiurandum uiolat: is fidem uiolat. A quo scelere semper Alienus fui & ero semper. Dixi. prauitas Leges cur iustitia Quid iusiurandum.

¶Concio eiuſdem: ubi ſcribitur. In iudiciis aſpiciendam eſſe nullius gratiam; ſed æquitatẽ. Iracũdiã pellendam: quæ Tria iuris præcepta. Ab auaritia abſtinendum. Iuramenti comites. Tit. xii.

NIl mihi profecto iucũdius hoc tempore euẽire potuit prio res optimi: q̃ publico munere ueſtra in urbe fungi: quoniã in ea ẽ ſũma tẽperies: ſũma reꝝ oĩum affluẽtia: ſũma uiaꝝ & domuũ ſpecies: & quod præcipuum magna inter ciues cõcordia: quã quidem ſeruare totis uiribus ſemper enitar. Nam in iudiciis nõ grãm: non metum: non ullum cõmodum non meam: non alienam opinionem: ſed iura leges & æquitatem reſpiciam: ut a recto nũq̃ recedam. Nec me trãſuerſum traxerit quiſpiã: iuris & æquitatis inoffẽſam formulã ſeruãtem. Suppliciũ de aliquo ſumpturus (Mor

indignans

tales n. p̄cipites labuntur in uitiũ) iracundiã lõgius pellam: q; impoſ

Iuris p̄ceptra tria

ſibile eſt indignãtem oparí bona. Vacabo igitur omni ꝑturbatione: ut tranquillitas adſit: Honeſte uiuã: Alteꝝ nõ lædã. Ius ſuũ unicuiqꝫ tribuã; Quæ tria ſunt iuris p̄cepta: cuilibet ubiqꝫ ſeruãda: p̄tori maxime ac iudici. Et q̃uis omnes expetimus utilitatẽ: ad eam q̃ rapimur: (quis. n. eſt qui utilia fugiat: aut quis potius: qui ea ſtudioſiſſime non ꝓſequatur) Ego tamen ab oĩ auaritia alienus ero. Nam ſiqui pp ſuũ emolumẽtum ſpolient aut uiolent alios ſocietas hominũ: comitaſqꝫ

iuramenti cõmũitas Iuſtitia

euertat̃ neceſſe eſt. Ad quam ſeruandã id faciã: ut leges: ut mores: ut ĩſtituta reip. ueſtræ ad unguẽ oĩbus ſũmis & infimis æque ſeruent̃. quod ſane & iuramento ꝓmittã: Cui⁹ ſunt comites ueritas iudiciũ & Iuſtitia ut fiat cũ ueritate: ut diſcrete: ut de re iuſta & licita. Dixi.

¶Eiuſdem Concio: ubi ſcribitur. Curãda eẽ: quæ cõmodo ſint reip. Ciuiles diſcordias tollendas, flagitioſos puniẽdos, prætoris domeſticos nulli obfuturos. Iniuſtitia quid pariant. Temperantia quid ſit. Ab ira cauendum. periurium quid. Tit. xiii.

NEllem mihi eam ineſſe facundiam, Magnifici domini, qua poſſem mei in hanc ciuitatem pectoris uotum: ſtudiũ, & uoluntatẽ oſtendere: eſt eni eoꝝ quodlibet ſummũ Veꝝ quod uerbis explicare nõ poſſum: re & effectu in dies magis ac magis oſtẽdero. Nam curabo maxime id exequi: quod & gloriæ & emolumẽto accedat huic ĩclytæ Reip. & mihi honori maxĩo. Qua ꝓpter omnes intelligent me ut cuſtodem non ut tyrannum: ut hoſpitem non ut exploratorem ueniſſe. & publice & priuatim oĩbus

diſcordiæ

ſatiſfaciẽtem: ut optimi Prætoris fungar officium: Inde ciuiles diſcordias aut imperii maieſtate tollam: aut prætorio edicto ad tempus ſopire cogam. Siquis uero a flagitiis non abſtinebit: impunitus non erit. Erũt & mihi domeſtici omnes huiuſcemodi ut bonis omnibus

placere potius quam displicere possint: Nulli enim conuicium faciēt: nullam humilitatem contemnent: Tam Diuiti q̄ Pauperi ad me aditum patefaciēt: quo iustitia præsto sit omnibus semota iniustitia: Ea nanq; seditiones: inimicitias: contentionesq; parit. Iustitia uero concordiam & amicitiam. Constatq; profecto iustos ad agendum esse sapientiores: meliores: potētioresq; quam iniustos, q iustitia uirtus animæ est: Iniustitia uitium: itaq; si iusti simus/ quæstus qui per iniustitiam comparantur respuemus: & illæsi a superis erimus. Iniusti autem diuitias parabimus: sed etiam apud inferos pœnas dabimus eorum: quæ hic iniuste cōmiserimus uel nos uel nati natorum. Vtar & Temperantia/ cum sit illa ornatus quidam & a uoluptatibus cupiditatibusq; quibusdam: ut perhibent abstinentia. Nec ira me ulla præcipitabit: immo omnia summa cum mansuetudine exequat: Sic enim ego meæ Tranquilitati & quieti/ uestræq; omnium Paci & æquitati rectius consulam. Vestri etiam mores & leges & instituta/ cum optima sint a me in omnibus & singulis custodientur. Quod & iureiurando promittere/ me nō pigebit: Nec unquam periurium idest iuramenti transgressionem committam: Dixi.

domestici

iniustitia

iustitia

iniusti

Tēperātia

Periuriū

¶Concio Eiusdem: Vbi scribitur. Rectoris præsentia tutandā Ciuitatem. Quod est Aequum iudicādum. Dei ministros esse Prætorem & iudicem. Principatum prodesse debere populis. Iudicandum. sine personaꝝ acceptione. Ab muneribus abstinendum. Tria iustitiam impedire. Periurium quando committitur. Tit. xiiii.

Sicuti nauis gubernator sui p̄sentia est illius salutis causa/ suiq; absentia perditionis eiusdē priores inclyti: ita quidē rector i ciuitate/ cuius est semp grauissima & maxima gubernatio. Si enī affuerit/ illam tutabitur & fouebit: Si erit absens/ a prauis ea & improbis opprimet. Ne igit id reip. uestræ amplissimæ euenire posset placuit dn̄o n̄ro ut huc. Prætor accederem: Quo autore uniuersæ ciuitati cōsuleret: Neq; enim ciuitas/ neq; homo nunq̄ felix erit/ nisi & cū prudentia & cū iustitia uixerit Quod ut uestræ reip. minime desit/ Audiam ego omnes, æquo & benigno animo: & quod iustum/ quod æquū ē iudicaboq; nō sine causa gladius præfert: Dei minister est p̄tor & iudex ad iniquoꝝ punitionē istruct⁹ Nō me delectabit iniquitas/ nō cupiditas ulla accendet Nāq; ꝓdesse debet populis principatus/ nō obesse: nec dominādo p̄mere/ sed cōsulere/ ꝓtegere/ fouere. Bonusq; iudex sicut nocere cuilibet nescit: ita ꝓdesse omnibus nouit iudicia igitur sine personarum acceptione susci piam: Nec studebo auferre alteri/ quod mihi accedat: Nec iustitiam munere aliquo ductus opprimam: Munerum nanq; acceptio uerita

Rector

Ciuitas

Gladius

Prætor

Principat⁹

Iudex

tis ꝑuaricatio est: sicq excutiā manus meas ab oī munere hoc est non amicitiæ grā nō laudis adulatio nō rerum oblatio (iis enim trib⁹ cō tra iustitiā hūana uāitas militat) a bono & æquo me auertēt: sed cun ctis idem & æquus fuero: ut publicæ utilitati deseruiam. Illud ergo in primis curabo: Vt uestræ sanctissimæ leges: uestræ cōstitutiōes inuiolatæ seruentur. Cum sint omnes honestæ iustæ & secūdum naturā & secūdum patriæ cōsuetudinē: nullo priuato cōmodo sed cōmuni ciuium utilitate scriptæ. Cumq iurato mihi dicenda sententia fuerit: meminero semper cauere periurium: quod quidem quoties iureiurādo promissa non seruētur committi solet. Dixi.

periurium

¶Sceptri Assignatio: ubi scribit: quibus est resp. cōmittēda. Nulla cā ab æquo discedendū. Causis quattuor amore: odio: timore: auaritia: iniustitiam cōmitti. Concordiam seruandam in rep. Iniuriā ꝓpulsandam. quibus causis defensiones prætermittuntur. Tit. xv.

Rectores quinam



Voniam Prætor inclyte: illis reip. gubernacula sunt cōmittenda: qcunq custodire leges possunt: & ciuitatis officia: maxime gaudemus oēs prudentiam tuam ad nos uenisse cūcti enim noscimus: quāta in illa præstantia: quāta autoritas: quanta sapientia: uirtus atq iustitia regnet. Speramus igit reip. nr̄æ optīe cōsultū fore: q te prætorē sortita fuerit. Quē nō amicitia: nō odium: nō terror ullus: nō auaritia aliq̄ poterūt ab recto & æquo auertere. His enim causis sæpe æquitas uiolat: sæpe innocentia læditr Amore: dum amico: uel ꝓpinquis placere cōtendimus. Odio: dū contra aliquē aduersari molimur: Timore/dum alicuius metu potentis: ueritatē loq pauescimus. Cupiditate dum alicuius præmio muneris corrūpimur: A qbus uitiis aliēa dignatio tua æquo iure oib⁹ cōsulet. Conabiturq toto pectore ciuitatis nr̄æ cōcordiā: qua nil melius reip. cōseruat: Improbos puniendo. ii nanq dirimūt cōem hūani generis societatem. Estq iniustitiæ genus: si nō ꝓpulsatur iniuria ab his: qbus infertur quum quis potest id agere. Nec est in minori uitio: q̄ si parentes/aut amicos: aut patriā desereret. Prætermittūt aūt defensiones ab aliqb⁹: aut negligētia: aut pigritia: aut inertia. Aut suis studiis: quibus damue occupatōib⁹ sic īpediunt: ut eos: quos tutari debeant desertos esse patiant: quod genus hoīum est iniqssimū Vt ergo totius patriæ nr̄æ & saluti & cōmodis cōsulat sapientia tua: Sceptrum hoc iustitiæ & æquitatis Regimen fausto felicíq omine accipito.

Iniustitiæ causa

iniuriam ꝓpulsādā Defensio etiā preter mittitur

Voniam hoc patres egregii tẽpore Apostolus cecinit: Ecce nũc tempus acceptabile: Ecce nũc dies salutis: quo uehementius Vestræ humanitates pietati: hoc est diuino cultui dare operam ualeãt: De hoc ipso Salutis tempore initium: causas, & commoda breui aperiam: Qua de re quæso animaduertite. Illud autem imprimis: Quadragesimæ tẽpus: modum esse luctus & pœnitẽtiæ. pœnitentẽ uero dum ad Christum conuertitur: a tenebris ad lucem trãsire: Incipit deniq; sequenti Dominica: qua quidem canitur. Inuocabit me: & ego exaudiam eũ. Verũ hac feria Quarte ieiunium inchoatur: quia legitur: Christum ea

dem feria Ieiuniũ suum cœpisse. Siue quoniã quarta ætate Salomon Templum ædificauit: Nosq; quasi fundamẽtum illius templi: Quod e nobis cõstruitur: iacimus ieiunãdo: quo ĩ Paschate ipsius dñi tẽplũ

Cõmoda. esse possumus. Sunt & qui aliam causæ rationem afferre cõtendunt. Tris. s. dies fuisse additos: pro tribus illis quattuor tẽporum: q in quadragesima locũ optinent. Quartũmq; pro uigilia paschatis. qua ieiunare debemus. ¶ Ascribitur Quadragesimæ tempus pœnitentiæ:

Dies. xlvi. Cuius sane fructus Ieiunium uigiliæ. Corporalis spiritalisq; Elemosyna: Aliaq; misericordiæ opera: ut oratio. Aliæ item contemplationis species: fletus: lachrymæ. ¶ Nec illud a mysterio uacat / Sex & quadraginta diebus nos ab ieiunii sũmo initio usq; ad pascha ĩ abstinentia esse: post enim Babylonicam captiuitatem ãnis sex & quadragita domini templum fuit ædificatum. Vnde & nos post Babylonis quoq; captiuitatem idest confusionis uitiorum: quadraginta sex diebus per abstinẽtiam / bonaq; opera nos ipsos deo templum ædificamus. Vtq; numerus ĩ quadragita sex diebus per abstinẽtiam / bonaq; opera nos ipsos deo templum ædificamus. Vtq; numerus quadragita dierum:

Initium quibus saluator ieiunasse cognoscitur: impleatur: Gregorii papæ institutionib⁹ Dies quattuor præcedentis hebdomadis recipiũtur. ¶ Hoc uero tempore ieiunium incohamus usq; ad pascha sequẽtes: nõ autẽ eo quo christus ipse ieiunium egit: quia in quadragesima israel populum repræsentam⁹: q ãnis quadragita eremum coluit: posteaq; illico pascha celebrauit. Vel q homĩes uerno tempore natura ipsa ad libi-

Ieiuniũ q̃ le sit. dinem cõmouent: ad quam frænandã uiri sagaces tale ieiuniũ ĩstituerunt. Itaq; magis ab uitiis q̃ a cibis ieiunare oportet: licet & ciborum abundantia fomenta sint uitiorum. Sed quid prodest tenuari abstinẽtia corpus: si animus ĩtumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunii: si inuidia liuidi sumus? Quid uirtutis habet uinum non bibere: & ira atq; odio inebriari? Tunc deniq; pclara est abstinẽtia / tũc pulchra atq; magnifica castigatio corporis: quum est animus

Ieiũii bõa ieiunus ab uitiis. p ieiuniũ nanq; uitia prosternunt: uirtutes augẽtur: humiliatur caro. hinc Eua q̃diu abstinuit / uirgo fuit. ubi uero ieiuniũ uiolauit: ĩ miseriã corruit: libidinis corruptiões persensit: de paradiso expulsa fuit. ¶ Porro in quadragesimæ missis illud repetitur: humilia

Dæmon ĩ nos te capita uestra deo: quoniam tali tempore Dæmon maxime nos aggredit. Vnde deum suppliciter exorare / nosq; etiam illi humiles reddere / debemus. Et quia tentator ille potentissimus est: cum nõ sit potestas ulla sub cælo / quæ ei ualeat comparari: Et sapiẽtissimus / q multa uidit: Crudelissimus uero: q non miseretur: homo autem infirmissimus & ignorans. Ideo uestras ad unum hortor / moneo / precor hu-

manitates: ad animas instituendas debere hoc tempore concionibus sacris/ & diuino mysterio operam tradere: Quod certe qui facient ad æterna gaudia per sæculorum sæcula perducentur. Dixi.

¶ De pentecostes nomine: Tempore. Causa. Tit. ii.



Enerādi patres & domini: Cupiens hoc ī loco aliqua enarrare: secus nō ualeo: quin trepidulus ordiar: quod etiā oratoribus optimis euenisse legimus. Fretus attamen diuino præsidio/ paucis orationē absoluam/ hodiernæ Solemnitatis materiā tractans. Pentecoste igitur apud hebræos/ ut pascha celebre festum erat: quod sane qnquagesimo die a paschate celebraf. Vnde & nomen assumpsit: pentecostos enim quinquagesimus dicitur. Fuit etiam pentecoste uectigal athenis: Nauigantes enī soluebāt quinquagesimā partē ex omnibus mercib⁹. Celebratur autē in pentecoste Solēnitas de aduentu Spiritus sci: palam nanq; descendit tūc in discipulos: fuitq; id miraculum & argumētū quod iudæi calūniari non potuerunt: uti resurrectionē & ascēsionē calūniabanf. De hoc uero Spiritus sancti aduentu idem agere nō ualuerūt: q; ex omni natione ad diē festum cōuenerant: uiderūtq; spiritū sanctū palam in discipulos descēdētem: qui illico linguis oībus loquebāf. Qua de re Introitus incipit: Spūs dñi repleuit orbē terrarū: idest Ecclesiā: quæ dicif orbis terrarū. Vt enī extra orbē terrarū nil uiuit: sic extra ecclesiam spiritaliter uiuit nemo. Dixi pterea & pascha & pētecostē hebræos celebrauisse: uti & nos celebramus: sed alia rōne q̄ illi. Ab ipsis nāq; pascha celebrabatur: qm̄ eo tpe ab ægyptiaca seruitute liberati fuerūt. Nos uero qa p christū redēpti sumus. Illi pētecosten: qa tunc legē sumpsere: Nos tamen/ qa spūm scūm accæpimus: quo qdē medio frui æterna uita possim⁹.

Pētecoste
pētecostes
Spūs sāct⁹
Ecclesia
pascha cur Pētecoste cur.

¶ Celebraf ēt hodie ab Veliternis Eleutherii Martyris natale hoc est huius migratio sæculi: tūc. n. natus ē deo: & cælo ad gloriā ea natiuitate: quæ tendit ad uitā æternā: quā posse adire meritis nr̄is: & pontiani & Eleutherii: & Gyraldi orōne itercedente Veliternis oībus Amicisq; etiam concedatur. Dixi.

Martyrū natale:

¶ De Martyre Eleutherio Tit. iii.



Vi omnes animo uirtutes penitus cōphendisset/ (ut Cicero inqt) omnia quæ facere uellet facillime tractaret. Ego uero Sapiētissimi patres: Dum nō solum uirtutes/ omnes sed minima quæq; me fugiat: Quid? Quid inquam exprimere possem huiusmodi cœtu dignum? Certe nihil: Cōfisus tandem cælesti gratia/ unde quidem omnium rerum magnarū principia duci debēt: Diui Eleutherii laudes attingam breui. Multa enim de uirtute illius dici possent: Multa de magnitudine animi: de grauitate: de con

Bõa quæ stantia: Quæ oẽs docti atq; sapientes sũma/ & sola bona esse dixerũt:
Laus. Multa ĩsuper de eius ꝓbitate industria: aliisq; uirtutibꝰ: quæ neq; dare neq; eripere fortũa cuiq̃ potest: Multa de laude gl'ia: & æternitate eius dẽ referri: quibus certe maiora homini dari nõ possunt: Vnde & Cicero inquit: nihil esse in uita magnopere expetendum: nisi laudem atq;
Pietas honestatẽ: Multa itẽ sũma de pietate oĩum, uirtutũ fundamẽto: Nihil enim est aliud: nisi uoluntas grata in pentes. & iustitia aduersus deos.
Eleutherius Ve℞ ne tædio sit oratio ea oĩa nobis cõsiderãda relinqmꝰ. De iis hactenus. Quid aũt Eleutherius ĩterp̃tet' benignissimi domini: Strabo Geographus uolumine nono his uerbis apuit. Tũc Eleutherio. i. liberatori ioui tẽplũ cõstruxerũt: & certamen gymnicũ coronatũ designa
Eleutheria uere: Eleutheria idest liberatoria ludos ipsos uocitãtes. Nõ iniuria igitur huiusmodi nomẽ impositũ sancto fuit. primo. n. sese ab ĩfera potestate eripuit & liberauit: Inde uero quos ad uerã fidẽ conuertit. Postea itẽ nos ipsos & oĩs quotquot ad eius templa se rite conferũt: Vti iam p Xystum pontificem patuit. Deum itaq; oro ac obsecro oĩpotentem: eius Eleutherii p̃cibus, nostroq; merito: æterna nos gaudia lõgo post tempore uisere det & concedat. sed iam quod reliquum est attendite.

Quæ Miranda dedit quondam Eleutherius: en nunc.
  Expediam/ referens qui genuere prius.
Ingenuus genitor: genitrix est Antia dicta:
  Bis decimo autumno pontificalis erat.
Spiritus immundus sancta uirtute fugatur:
  Langorem ĩmodicum sanat: & omne malum.
Felix centurio diui conuertitur ore:
  Bis centum comites id simul efficiunt.
Aeneus apposito lectus tibi non nocet igni:
  Non oleum: Sulphur crate calente nocent:
Feruenti euadis pingui & sartagine missus.
  Ardorem furni tu quoq; uincis ouans.
Per te corrhebor coluit cœlestia præses:
  Carceribusq; cares tempora longa cibis.
Bis duo quadrupedes per te superantur acerbi:
  Ad te conueniunt montibus ultro feræ.
Torua leæna tibi fuerit cum missa theatro:
  Tumq; leo sæuus: mitis uterq; fuit.
Tu Febrem purgare uales: tu regna polorum
  Vsq; colis gladio Martyr amore pio.
Annua qui celebrant demum Eleutheria: possint.
  Te duce sydereos scandere sancte polos. Dixi.

¶In eiusdem Natali die: De Beatitudine: Et uitæ malis. Tit. liiii.


Leutherii sancti laudes/ Venerandi & benignissimi patres: Miracula item atq; itepretationem alias diximus: hodie uero æternæ beatitudinis aliqua breui expediamus: ut eam cuncti adire totis uirib⁹ enitamur. Beatitudo igitur ut Boetius inquit/ Status est omnium bonorum aggregatione perfectus: quæ quidem sine clara dei uisione haberi non potest: ut alii scribunt. Tantaq; est in ea lætitia: q; potius Sancti uellent apud Inferos esse: & deum uidere: q̄ in cælesti patria sine illo. potius item esse in pœnis/ & deum uidere q̄ extra pœnas. & dei usu non frui: Eam Ergo lætitiam Quis hominum uiuens passim & continue: omniq; studio & labore acquirere non conetur: & hanc uitam contemnat? de qua certe Aurelius: Vita hæc uita misera. uita incerta: laboriosa/ immunda/ malorum domina/ superborum regina/ erroribus plena. quam diuitiæ iactant: paupertas deiicit: Iuuentus extollit: Senectus icuruat: hisq; omnibus malis Mors furibunda succedit. Beatus ergo Eleutherius hæc omnia cernens atq; intelligens Beatitudinis gloriam uirtute adiuit. Ad quam quidem nos etiam omnes omnipotentis gratia Vitæ huiusce meritis præcedentibus martyreq; orante ducat. Dixi.

Beatitudo

uitæ mala

¶Diui Gyraldi Epi ueliterni
Vita atq; Miracula. Tit. v.


Voniam Reuerendi patres & domini iccirco Mundus factus est: ut nascamur: Ideo nascimur: ut agnoscamus factorem mundi ac nostri deum: Ideo agnoscimus: ut colamus: Ideo colimus: ut immortalitatem pro mercede laborum capiamus: quia maximis laboribus cultus dei constat. Ideo præmiis imortalitatis afficimur: Vt similes angelis effecti sūmo patri ac deo in perpetuum seruiamus Diuus Gyraldus Veliternus Episcopus Gallicæ gentis insigni prosapia natus: ut deum agnosceret: coleretq;: & ꝓpterea imortalitate afficeretur: atq; angelis similis effectus deo patri perpetuo seruiret: Natura admirabilis & exquisita doctrina Monasterium adiit: ubi a monachis in patrem electus. Eius deinde fama ille ctus Gregorius pontifex sūmus Veliterno Clero episcopum statuit. Ieiunabat autem assidue: orabatq; indefessus. Erat sedulus elemosynarum largitor: Viduarum & orphanorum tutor: Aegrotantium re & uerbo diligens consolator. Vt iis sanctissimæ uitæ operibus deo gratior fieret: illique cohæreret. Cuius rei uoti compotem extitisse. Miraculorum uaria genera quibus refulsit: nobis indicant. ¶Legistis enim Eius imprecatione hostium plurimos plumbea grandine Glandium. formam referente/ (quod passim in agro adhuc uidetur)

Mūd⁹ cur

Gyrald⁹

Plumbea grando.

Tauri opp̄ssos. ¶ Viduæ filium amissos tauros:(nam dormiēti matri sanct⁹
Cære oñderat)inuenisse. ¶ Ardentes cæreos in sepulcro sub dio & aere po
sitos uētis ,pcacib⁹ & imbriū copia decidēte magis ac magis accēsos.
Furiosus ¶ Benedictum bubulcum furore affectum:quoscunq; obuios morsi
bus lacerantem:a Clericis tandem ante Gyraldi sepulchrum apposi/
Coci/os. tum Dæmonum uexatione liberatum.
¶ Petrum Alberici Veliterni Episcopi cocum:os quoddam in guttu
Cæcus re natum & defixum gerentē Gyraldi meritis illud ex gutture in eius
Paraclyta ipsius palmam euomuisse:quod quidem pueri membra omnia imita
batur. ¶ Cæcum uirum:qui prius uiderat:uidendi usum recuperasse.
Cathenæ ¶ Mulierem priuerno Oriundā Cisternā Castellū habitantē & para
lyticam apud Diui sepulcrum corporis & animæ salutem recæpisse.
¶ Captiuos ĕt Veliternoꝝ duos ferreis uinculis astrictos Gyraldi nu
mine solutos: Quæ uicula hodieq; in ei⁹ sacello pendētia cūctis patēt.
Nostra ĕt tēpestate ,p diuersoꝝ sanitate mēbroꝝ & hominū & aīaliū
cæteroꝝ diuersa uotoꝝ munera ante sacratissimi corporis sepulcrum
cōferri atq; suspēdi ab his q̄ sani effecti fuerint:passim uidem⁹. Quod
Dormitio nr̄æ patriæ ciuibus maximæ & iucunditati & saluti accedit.
¶ Dormiit aūt in dei gratia septimo idus decembris. In cuius sanctæ
mēoriæ recordationē hodiernū diem celebram⁹: Vt suis meritis & p̄
cibus ab omnibus corporis & animæ periculis liberemur: Sitq; hostiū
terror: Spes & subsidium patriæ. Et nos etiā ei⁹ sanctissimæ uitæ uesti
gia imitantes:iccirco enim sanctoꝝ mēoria celebraſ: Demus operam
Dei cult⁹ totis uiribus: Ne a nobis iustitia:patientia:fides:īnocētia:castitas: absti
nētia unq̄ abesse possint: Quoniā dei cultus constat abstinētia cupidi
tatum ac libidinum:patientia doloris ac cōtemptu mortis. Qui autē
deū negligūt ea spernētes semp miseri sunt futuri. At q̄ colunt: semp
beati erunt:q; iustis īmortalitas: Iniustis pœna æterna ,pponiſ. Dixi.

¶ Pontiani Martyris Vita atq; Miracula. Tit. vi.

SVmma dicēdi ui:pluribus artibus studiisq; collecta: mihi patres optimi opus esset:ut hoc solēni die auditu digna exprimerem Martyris.n.pontiani diem natalem celebram⁹: qui nostræ patriæ : nostrorumq; omnium portus & aura: custos & propugnaculum : tutor atq; præsidium: iugiter in nostrum cōmodum & salutem : diligenterq; excubat. De cuius uitæ sanctissimæ operibus: non ab re fuerit pauca e multis referre. Adeste igitur. Nam et si uis illa dicendi deest. Diuus ipse dicenda dictabit.

¶ Fuit is Calphurnio patre natus: roman⁹ Ciuis: āno ab urbe cōdita Dcccc.lxxiiii. liberalibus artibus eruditus: ueri dei cultor piissimus: itaq; a teneris dæmones ab humanis corporibus effugabat: leprosos:

diuersisq; morbis oppssos sanctissimæ crucis signo curās. Quocirca ad apostolicæ dignitatis apicem assumptus ieiuniis orationibusq; assi duis operā impendebat. Meritoꝝ fama illectus Alexander imperator sæuissimus in Christi seruos: pontianū ante ipsius tribunal sisti pcepit. Quem ubi nullis pcibus: nullisq; minis a catholica fide retrahere ua/ luit / exulare i sardinia cū beato hippolyto uel ut alii scribūt philippo præsbytero coegit: Ibi tādem Christi iesu diuinus pco multos idolis deditos ad Christi fidem conuertit Cæci enim uidebāt: Mortui resur gebāt: ideoq; furor pcitūs impator pontianum diuersis affectū suppli ciis obtruncari iussit: In Sardinia igit Tertio decimo calendas decem bris martyrio coronatus apostolicam sedem annis nouem mēsibus quinq; diebus duobus tenuerat. quā āno Christi iesu ducentesimo tri centesimo sexto inierat. Eius deinde corpus naui impositum Beatus fabianus pontifex in italiam duxit: Viaq; appia i Calysti Cœmiterio sepeliuit. lōgo post tpe una cū eleutherii epi ac martyris corpe pon- tiani reliqæ apud Tyberiæ oppidulū trāslatæ fuerūt: ab ueliterna ur- be distās milib⁹ passuū decem: a Chora qttuor: a Nymphis uno uł cir citer a Norbis tribus. Quo postea diruto ueliternus clerus & populus scōꝝ corpora petierūt: Corru q; festa frōde auratisq; palliis ornato ut Velitras deferrēt imposuerunt. Nymphæus autem Choranusq; popu lus (Nam & ipsi eadem optabant) maxime obstiterunt. Cumq; nullo pacto boues curru alligati moueri possēt: Veliterni ipsi uoto rem pe gerunt: polliciti enim sunt martyrum festa uti & christi natale quotā- nis celebrare: si boues ueliternam urbem adissent. confestim igitur eo currum traxerunt. Ipsorumq; martyrum corpa sub altari marmorea quadam arca inclusa Canonici posuerunt Quartus inde Alexander pontifex quidem sūmus instituit Veliternū populum dominicis die bus sanctorum martyrum altare uisere et uenerari Canonicis ibidem missam solemniter celebrantibus: Qua ueneratione sanctus oblectat⁹ Miracula plurima sæpe ostendit: ueꝝ e multis aliqua referā: In primis aūt Clericum quēdam graui febre affectū pontiani numine iuocato liberatum eē. Clericum alterum ultra ānum renum dolore maximo uexatū eiusdē martyris ope cōualuisse: Multos ēt diuersis febribus & morbis pssos ante pontiani aram orationib⁹ actis icolumes redditos. Canonicum quempiam nocte media in choro uigilantem orationi- busq; uacantem: In subterraneū postea locum columnis adhuc muni tum & camuris ædificiis adeuntē: & ad loci limen pfectū luminis splē dorem uidisse: quem pati nō poterat. Audisseq; ingentē populi tumul tum: ubi enim orabat. Timore itaq; ductū ex eo loco aram maximā pe tiisse. Deo tandē agente illoꝝ animas: qui i cœmiterio sepulti erāt

ſancti meritis ac precib⁹ e purgatorio emiſſas: ibi martyri ſanctiſſimo
gratias agere ꝙ eius ope æternam gloriam tunc adibant cognouiſſe.
Iure igitur ac merito ſanctiſſimi pontiani martyris anno quoq; maio
rum more natalem celebrare ſinguliſq; dominicis diebus ad eius arã
puri accedere debemus ꝙ eius ipſius meritis ac p̄cibus ab omni ptur
batione corporis & aïæ liberari uti iam patuit facile poſſumus.Dixi.

¶Blaſii Martyris Vita:atq; Miracula.Tit.vii.

CElebrantibus hodie Blaſii Martyris ſolemnẽ memoriam
Venerandi patres:iure illius miranda geſta referri debent:
ut ea rite imitantes cœleſtia regna tenere ualeamus.adhi-
bete igitur facilis aures.adhibete benignam mentẽ: breui
nanq; negocium explicauero:Blaſium optimi patres manſuetudine/
ſanctitateq; pollentem/Chriſtiani ĩ Sebaſte oppido paleſtine ſyriacæ
regiõis epiſcopum elegerunt.Is autem poſtea Dioclitiana perſecutio
ne ſpeluncam adiit:ubi ſolitariam uitam egit:Auibus ei uictum feren
tibus:feriſq; plurimis manſuete aſſiſtentibus . quarum quidem ſiquæ
ægrotarent:ad eum continuo uenientes priſtinam ualitudinem refe-
rebant.Ab regionis autem præſide miſi milites ad uenãdum:ubi Bla
ſio aſſiſtentis feras capere nõ ualuerũt:ſtupore affecti ſunt & præſidi/
quod acciderat:explicarunt.Miſit/itaq; milites:ut caperetur:Nocte ta
men Chriſtus omnipotens Blaſio ter apparuerat:dicens:Surge Blaſi:
mihiq; ſacrificium offer.Pergens igitur cum militibus continue diui-
na myſteria enarrabat:multa'mirabilia perpetrans:Inter quæ:puerum
quẽdam moribundum impoſita gutturi manu(in quo piſcium ſpina
tranſuerſe hæſerat)liberauit.Lupus etiam mulierculæ ablatum por-
cum Blaſii iuſſu rettulit . Vbi uero urbem addit carceri traditur iuſſu
preſidis:Sequenti luce coram eodem ductus (ꝙ illius deos dæmonia
appellarat) fuſtibus eſt cæſus denuoq; in carcerẽ truſus.Mulier autem
cui porcum lupus reddiderat/porci caput & pedes: candela paneq; ad
ditis:ſancto tulit quod ſumens edit gr̃as illi agens:hortãſq; ut quotã
nis nomine eius in æde ſacra candelam offerret.ſic enim agens com
moda plurima conſequeretur.Eductus iterum carcere (ꝙ ad gentiliũ
deos inclinari nollet)e ligno ſuſpenſus eſt iuſſu preſidiis: corpuſq; fer
reo pectine laniatum : exin carceri redditur : Iterumq; preſidi relatus
(ꝙ pſtaret in chriſtiana religione ſperneretq; gentilem)in ſtagnũ deie
ctus eſt.Cruciſq; ſigno Aqua uti arida terra ſtetit.Ingreſſi uero illuc
uiri ſeptuaginta ſubmerſi fuere . Ipſe deniq; angeli monitu exiens:
ut laboris coronam acciperet iubente preſide obtrũcatur omnipoten
ti ſupplicans ut qui ad ipſius patrocinia gutturis morbo confugeret:
exaudiretur.qua de re uox cælo reddita eſt:ita fore.hæc autẽ omnia/

Anno christianæ salutis.cc.lxxxviii.legimus contigisse: Reliquum est Sapientissimi: ut & nos etiam Blasii martyris gratiam consequamur: siue ad gutturis sanitatem: siue ad greges/armenta ue propria custo/dienda: siue ad tolerandos ꝓ æterna uita labores: ut ipse fecit: Blasium ueneremur Blasio supplicemus: eius quidem sancta uestigia: & exempla ubiq; & rite sequentes: per elemosynam: ꝑ ieiunium & uigilias: ꝑ continentiam tum cibi: tum potus. tum sermonis: tum somni: tum uestium: magis ornatum mentis quærendo q̃ corporis. Mentis. n. ornatus est: Charitas: fides: hũilitas: bonitas: patientia: pax: & iustitia. Dixi.

¶ Sanctissimi Nicolai Epi Vita: atq; Miracula. Tit. viii.

NIcolai Epi sacrum Natale celebrantes Sapientissimi patres: & Domini: Eiusdem uitam sanctissimã paucis in medium ferre conabimur. Adeste igitur æquo animo: Intentiq; aĩs dicenda infigite. parentibus Epiphanio & Ioãna: tum diuitibus tum sanctissimis oritur pataræ Nicolaus: ea quidem lyciæ urbs: prouinciæ minoris asiæ: finis pãphyliæ. ¶ Is autem quo primũ die lauaretur in pelui stetit. Quarta: & sexta feria semel dũtaxat hubera sugebat: illa eni ab iuda traditus hac uero iudæis crucifixus est Dominus. Adolescens scripturæ sacræ studiosissim⁹: ꝙ erroꝝ mater ignorantia maxime sacerdotibus euitanda est: Quũq; ei amplissimũ patrimoniũ esset. in dei laudem & gloriam uertere nitebatur. ¶ Itaq; nobili uicino suo: & paupi: tris q; filias etiam uirgines habenti: ueneriq; daturo: quo saltem & turpissimo quæstu alerentur: Aurum pannis innexum nocte concubia clam intulit per fenestram. Quo mane reperto tradidit ille filiarum maximam nuptui. ægit idem secundo: ægit & tertio. nouissime tandem cognitus (fugere enim solebat illico iactis in domum aureis) orauit illum ne cui talia dum ipse uiueret aperirentur. ¶ Electus deniq; Myrrhæ ciuitatis Episcopus inscius & inuitus: Oportet eni Episcopum sobrium: prudentem: pudicum: Irreprehensibilem esse: itaq; humilis in pontificatu uiuebat. Orationibusq; inuigilans & frequẽti ieiunio corpus suum macerabat: tollit enim Ieiunium: & cohibet culpam: quo circa eo cælum acquiritur. Mulierum cõsortia exhorrebat: ꝙ omnis caro concupiscit: illecebrisque ad mortiferas anime trahitur uoluptates. Viduarum, & pupillorum negocia uelut & sua curans/rapinam execrabatur: Terrena nanq; suppellex supernæ felicitati comparata pondus est/non subsidium. ¶ Affecta prouincia fame/ a nautis qui triticum naui in portu habebant/exorauit modios centum: qui diuisi egentibus / biennio tum uictui: tum sementi fuere:

Pater.
Mater
Stetit.
Ieiunia
Pauperis
Episcop⁹

Tumulus satis. Nautæ uero ubi frumenta emptoribus mensi sunt: nihil dees-
se numero inuenerũt. Tradidit autẽ spiritũ Creatori Anno salutis tre
cẽtesimo quadragesimo tertio. Indeq; tumulatus ẽ arca marmorea:
ubi a capite olei & a pedib⁹ aquæ fons lõgo tẽpore emanauit. Turcæ
deniq;. Myrrheam ineuntes Nicolai urnam apuerit: Ossaq; oliuo na-
Barion tantia reperta/in Barion urbem (quæ ante ut legimus Iapyx dicebaẽ:
a dædali filio. a quo & Iapygia regio calabriæ iuncta) reuerẽter attu-
lerunt: Anno quidem Christi Millesimo/Octogesimo septimo.
Iudeus ¶ Tanti uero numinis extitit. ut & nautis periclitantibus inuocatus
opem attulerit sæpenumero. Quumq; uir qdam ab iudæo pecuniam
mutuo accæpisset: iuratus in Nicolai sanctissimi ara Cũ primũ posset
redditurum Diutius deniq; eam retinẽs ab iudæo sæpe ut restitueret
orabitur. dumq; restituisse assereret: in ius accitus: baculum auro ĩfuso
Creditori tribuens: quo iurarẽ coactus periuriũ euitaret: Iurauit plus sa
tis etiã reddidisse: præstito iuramẽto baculum ab eodẽ resumpsit. Re-
diẽs uero domũ uersus: in biuio cõstitit: ubi somno grauatus corruit:
Currusq; eũ impetu fluẽs opp̃ssit: baculũ auro plenũ effrigẽs. Iudæus
inde id resciẽs eo accessit: noluitq; aurũ sumere: nisi defunctus ille Ni-
colai meritis ad uitam reuocaretur: asserens si id fieret: sacrũ baptisma
subiturum. statim igitur ille reuixit: Iudæusq; sacri baptismatis gratiã
Iudæus al fide meruit. ¶ Iudæus alter Nicolai miraculis credens: illius imaginẽ
ter domi habebat: Cui quidem longius abiens: res oĩs minitando tñ: iu-
giter cõmendabat, inqens nisi cuncta seruasset: uerberibus & flagris
afficiendã. Venerunt: fures: cunctaq; exportarũt imagine solũ relicta.
Rediens ille imaginẽ dire flagellat: qua de re diuidentibus bona furi-
bus Nicolai imago astitit flagellata. illis quærentibus: quisnam esset
respondit Nicolaum esse Christi seruũ: Cui bona Iudæus: quem depi
lauerant: cõmendarat minitans uehemẽter: nisi illæc asseruasset. flagel
lauit igitur ꝙ rapi omnia siuerat: itaq; nisi q̃ primũ reddita fuissẽt: eos
ꝓpediem punitum iri. his moniti atq; territi fures cũcta iudæo illico
retulerunt. Indeq; & ipsi meliores effecti: & Iudæus Christi fontem in
gressus Baptismo etenim pœna omnis: quæ pro peccato debetur: pe
Discipul⁹. nitus tollitur. ¶ Vir quidam filii nomine litteras ediscentis: Nicolai
natalem solemniter celebrans. cõuiuium Sacerdotibus apparauerat:
Venit spiritus ille humãi generis hostis acerrimus/apud ianuam ha-
bitu peregrini cibaria petens: Iussit itaq; pater filio/q̃ primũ illi uictus
exhiberet. accurrit puer: neminẽq; inueniẽs: ulteri⁹ ꝓsecut⁹ est illũ: ubi
uero in cõpitũ appulit: eũ malignus spiritus anxit: habet enim Diabo
lus mille nocẽdi artes: nec ulla potestas est super terrã: quæ cõparet ei
Quod pater accipiens lecto puerum collocauit ingemẽs uehemẽter.

ubi quidem i Nicolaum uersus/illa dicebat:hoccine est meæ I te pie tatis præmium Nicolae sanctissime/hoc ne his dictis atq; eiusmodi pluribus/surrexit puer incolumis & illæsus. ¶Vir nobilis Nicolaum sæpe orauerat:uti a/sūmo omnium creatore filium ei exoraret: pollicebaturq; filium ad ipsius ædem cū aureo scypho ductuꝝ. Nato filio atq; adulto/Scyphus efficitur:quem tamen/(pulcherrimus eni erat.) penes se habere decreuit. itaq; alterum neq; minoris conflari fecit; Nauigantibus inde ad diui ædem iubet filio pater uti priori scypho aquam afferret. Volens igitur obsequi puer:i mare cum scypho decidit nusq̄ apparens.pater deiceps uotum persoluens ad Nicolai aram peruenit:ibi secundum obtulit scyphū: dissiluit tamen ille ex ara tāq̄ eiectus: Idem secundo:idem & tertio accidit. Mirantibus id cunctis astantibus aduenit cum scypho puer exultans & lætabundus: narrauitq; statim submersum a/nicolao exceptum esse. Quocirca pueri pater haud mora utrunq; Scyphum benigno numini obtulit. ¶Beatissimi Nicolai meritis filium quoq; diues quidam habuerat: hac re igit diuo sacellum domi suæ dicauerat:ubi sane quotānis solemniter Nicolai Natale celebrabat.Captus deinde filius est clam patre: Regiq; in obsequium datus. Sequenti āno dum diui solemnia solito ritu a/ parētibus celebrātur:puer ipse cū auero scypho regi assistens:solitæq; celebritatis haud imemor/ingemiscebat.Cuius causam ubi rex itellexit Agat iquit Nicolaus tuus ut uolet: tu hic eris:Illico postea repentino turbine domum cōcutiēte puer cum scypho rapitur: Anteq; Nicolai fores/ubi parentes solemnia celebrabant appositus:nō sine parētum & cognatorū studio sūmo. Possem & plura Sapiētissimi patres beatissimi Nicolai:tum prisca: tum hodierna referre miracula: Verū ne tædio longa esset orō alias:si licuerit:enarrauero. ¶Illud autē prætereūdum minime censeo.Siquis forsitan peteret:Cur deus miracula faciat:respōdi deberes triplici causa:primū ut alicuius sanctitatē ostēdat.quē uitæ meritis ꝓponat aliis i uirtutū exēplar:uti de Nicolao & aliis ægit:Secūdo ut fidē approbet:ut gētes credāt.Tertio uero ꝓpter ꝑdicatæ ueritatis cōfirmationē:qua certe rōne miracula:signaq; facta sunt apostolis ꝑdicātibus:uirisq; apostolicis. ¶Cæteꝝ:q̄ nouit deus mutare sentētiam:siquis nouerit emēdare delictum:Nicolai sanctissimi Vita nobis ducatū ꝑstet:ut illū ieiuniis/oratiōibus: pietate:doctrina:humilitate:pudicitia/abstinētia:Cōtinētiaq; imitātes omissis flagitiis:Vna cū illo Angeloꝝ choris interesse:ꝑñtemq; dei uultum cernere ualeamus: q̄ finis hoīs est ipsa beatitudo:quæ qdē i dei uisione consistit:repletq; aīam bonis omnibus: Nec est aliud æterna uita:nisi cognoscere ueꝝ Deum icomprehensibilem spiritum.Dixi.

Filius.

Miracula cur.

¶ Gloriosæ Mariæ uirgis semp Assũptio cur celebrãda. Tit. ix.



T iure & merito sapientissimi patres: anno quoq; huiusce modi celebritatem: Sẽatus populusq; Veliternus: & colit & ueneratur hodie enĩ semper gloriosa Virgo Maria cælos ascẽdit: ubi cum christo regnat in æternum: hodie nobis omnibus eius agentibus meritis & salus & uirtus: honor & gloria aucta fuit. Merito igitur omnis orbis: nostraq; ciuitas inclyta potissimũ: gaudere: iubilare: exultare: lætari debet. Beatamq; uirginem egenorum profugium: laborantium portum & auram: hymnis & dignis præconiis laudare: extollere: uenerari. hæc enĩ illa ẽ: quæ post Christi filii sui: redemptorisq; nostri abscessum: Virgo sancta corpore ac mente permansit: quam Angelus Gabriel intactam custodiuit quã Ioãnes apostolus uirgo uirginem seruauit: Hæc illa est: cui angelus multo cũ lumine astitit: cui etiam inquit. Aue regina mũdi: Me filius tuus ad te misit: qui te genitricem reuerendam expectat: itaq; die tertio cælestia regna ascẽdes. Oẽs autẽ apostoli ad te prius conuenient: in quoꝝ cõspectu spiritũ deo reddas: qui & tibi funeris exequias celebrabũt Hæc illa est: quæ Cacodæmonum superbiã sua humilitate contriuit: quæ deũ & hoiem pepit. Cui etiam expiranti Iesus oĩpotens cum angelorum: sanctorũq; cœtu affuit: Illiusmodi uerba dicẽs: Veni electa mea te in throno meo ponam: q; speciem tuam concupiui. Hæc illa: cuius angeli exequias celebrarãt: Cui cæloꝝ uniuersæ curiæ congratulabãtur. quam omnis cælestis ordo colit & ueneraṫ. cuius anima ad cælos usq; ab angelis: cũ hymnis & laudibus sublata fuit. Hæc dei genitrix: cui cælorum militia cũ suis agminibus obuiã iuit: ineffabiliq; lætitia exultauit. Non ab re quidẽ: quæ enĩ nobis annua celebritas: illis oĩb⁹ facta est cõtinua. Nã & si in Vallis iosaphat medio: quæ uallis est iter syon & oliueti montem posita: Mariæ sepulcrum mõstratur: ubi etiã in eius honorem ædes miris lapidibus strata: gloriose tamen cũ corpore ipso ad cælestia regna prexit. ubi cũ Christo beata imortalitate uestitur. Vt enim fuit præ ceteris gratiæ plena: ita & gloriæ eẽ debuit. Ne quæ merito præ oĩbus sancte uiuentibus donata est gratia: morte minueretur. Ipsa nãq; fuit: quæ filio e purissimo sanguĩe suo corporea membra dedit. Ipsa quæ nouem mensibus utero portauit: quæ pepit: quæ pãnis inuoluit. quæ lacte pauit. Ipsa quæ iesum uehementer dilexit: coluit: primaq; adorauit. Ipsa ergo dignissima cum filio regnaret: cum corpore etiã ad cælum assumi. q; putredo & uermis humanæ est opprobrium conditionis: a quo certe Mariæ natura excipitur: quam iesus de ea assumpsisse probatur. Itaq; & nos eam laudare & uenerari quotquot ãnis hac maxime luce conemur. Cum illa sit: per quam oĩs

maledictio soluta fuit: per quam cælestis benedictio uenit in mundũ. Cũ illa sit: quæ pro nobis peccantibus assidue intercedat Regina misericordiæ. Ad quã profecto confugiẽtes. ab omni morbo ab oĩ peste ab oĩ corporis aĩæq; periculo tuti esse ualem⁹. Inuocabimus ergo gloriosæ Mariæ tutum præsidiũ: quo filii sui gratiã hac uita mereamur: Altera uero sempiternum gaudium consequamur. Dixi.

¶ In Mariæ Virginis Assumptione Exultandũ pluribus q̃dẽ causis. x.

SI hodie cunctis ueliterna ĩ urbe: uiis plateis: domib⁹ pueri: Iuuenes: uiri Seniores/ Nuptæ/ uiduæ: uirgines: gaudẽt: lætãtur exultant/ Optimi patres & domini: Nullus ꝓfecto/ nullus indignatione aliqua affici debet. Verũtamẽ toto pectore unusquisq; conari: una cum angelis sanctorũq; coetu: Beatæ Mariæ sũmi dei matris optimæ ad cælestia regna assumptionẽ sũma lætitia: debitisq; obsequiis celebrare. Cõtulit nanq; sacrata Virgo hominibus perditis sempiterna dona: Redemptorem scilicet: quẽ sacratissimo utero portauit. Frequẽter etiam inter seculi ærumnas miseros homines aspicit & tuetur. Pro nobis iugiter ad dominũ filium suum. Orationes & preces dirigit. O/ gloriosa genitrix: cuius uisceribus fuit cæli/ terræq; autor cõmissus. O/ felicissimũ puerperiũ: lætabile ãgelis: expectabile sanctis necessariũ ꝑditis. Tu ergo beata gloriosaq; Maria laudabilis inter omnes mulieres. Tu ad fontem perennis uitæ. Tu ad paradisi amoenitates & trahis & ducis errãtes. Tu gentium mater: Tu dei genitrix. Tu nutrix. Ex te natus: qui te creauit. A te gestatus: qui te formauit. Tua suxit hubera: quæ ipse impleuit. Senatum igit᷑ populumq; Veliternum/ oro ac obsecro: ut magis ac magis gloriosissima dei mater aspicias & defenses. quo tam ualear assumptionem singulis annis maiori cum gaudio celebrare: Deoq; patri: & creatorĩ nostro gratias agere: qui tãto nos amore prosecutus. est: ut ꝓpter nos homo fieret: propter nos uariis & acerrimis cõtumeliis afficeretur Exultem⁹ itaq; una omnes festum Virginis solemne cum hymnis & laudibus celebrantes Veliterni ciues: Reiq; publicæ patres optimi. Dixi.

Immaculatæ Virginis Assumptio deuotissime hilariterq; celebranda. xi.

AScendi locum Magnifici domini: summa qua in beatam dei genitricem Mariam Virginem intemeratam: pietate & ueneratione afficior. Adeste igitur: & quæ in hodiernæ celebritatis ducus & laudem narrauero: æquis benignisq; auribus audite quæso. Beata gloriosissimaque Virgo: cuius hodie festa colimus/ diuinis est efferenda præconiis: Nam hodierno

die gloriosa migrauit a corpore: ubi cum senatoribus cæli intra para disi curiam conuersatur. Ascendit enim multis circundata sanctorum agminibus cum laudibus & canticis spiritalibus. Solaq est: quæ itere mit uniuersam hereticam prauitaté. Sola post deum: nos omni i ueri tate confirmat. Sola meritis suis & pcibus auxiliatur. Perseuerátes igi tur unanimiter i oratione & charitate meditemur mandata dei. quo uidelicet æternæ uitæ gaudia & nos intrare possimus: ad quæ beata uirgo feliciter hodie itroiuit. Quæ dei genitrix electa: dedit cælis glo riam terris domini pacem: fidem gentibus finem uitiis uitæ ordiné: moribus disciplinam. Quicqd etiam maledictionis infusum erat per euam illam: Mariæ abstulit benedictio. iis itaq meritis: iure Senatus populusq Veliternus/ad unum: per singulos annos hunc diem expé dat i laudem: & cum gaudio celebret deuotissime. q hic est dies ille præclarus: in quo exaltari super angelorũ choros immaculata mater & uirgo meruit. De q̃ nat⁹ est ipe de⁹ & homo: saluator hoium pdito rũ. de qua etiam cunctis misericordia oibus perfluxit & gratia. Dixi.

¶ SEXTVS Sermonũ libellus: de Religione: de Incarna/ tione: de Natali Christiano: Cõtinet Sermones Septem.

¶ De Sacro Deorum imortalium Cultu Causæ. De Incarnationis ratio ne quædam. De Natalis tempore Christiani aliqua. Tit. I.



VSCIpere debet onus officii qlibet: quod se putat su stineŕ posse. Qua de re sapiẽtissime prætor: Iudexq æq tate pollens: priores optimi/Vosq alii Ciues magnifi ci: horreo i pñti aliqd dicere: Cum nullus i me dicẽdi ornatus: nulla sit orãdi facultas. Verum ne silẽtio tem pus omne prætereat: de sacro deorum imortalium cultu: Deq Incarna tionis ratioẽ: & natalis tempore filii dei quædam paucis expediam: si diligenter attendi uidero. ¶ Duplici quidem causa Solemnia festa: Deorumq cultũ Maiores istituerũt: Vt scilicet hominibus: q natura ipsa laboribus pmuntur inumeris: laborum remissiones cõcederent. Vt etiam diis ipsis honoré hoies redderẽt: Debet eni uenerari qcqd excellit. Dei autem est eximia quædam præstãsq natura: ut ea debeat ipsa per se: ad se colendam allicere sapientem. Qua propter deum ue nerari: & colere debemus: eoq maxie: quod dei prudentia Mundus admistratur. & illa cõsulitur rebus humanis: Cuius profecto numini parent oĩa: De cultu hactẽus. ¶ Cæterum præcipua ratio Incarnatio nis filii dei: fuit redemptio humani generis lapsi: Vẽit enim filius ho minis: quo saluum faceret: quod perierat: Nam si homo ad imaginẽ & similitudinem dei factus in suo honore mansisset: Creator mundi Creatura non factus esset: Aut æqualis deo patri dei filius formã serui

Festorum causæ

De⁹ uenerandus.

Incarnatõis ratio.

nõ accepisset

non accæpisset: Immensa igitur charitate deus: ut seruum redimeret/ filiū tradidit. Indulgētiæ qdē & grãæ fontē: q p ,pphetas oēs illumina tor & doctor humani generis prædicabat qui uirtus dei: qui ratio: qui sapientia eius & gloria. qui ī uirginem delapsus carmen spiritu sancto cooperante indutus est: Nam quod homo est: esse Christus uoluit: ut & hō possit esse: quod christus Agamus itaq; oī cura deposita Redem ptori nostro gratias: quæ merito & hēri & agi debent. ¶ Anno autem ab urbe condita Septingentesimo Quinquagesimo secūdo: Imperii uero Augusti Octauii āno secūdo post Quadragesimū Christus Dn̄s in Bethleem natus est. Quo certe āno Cæsar Augustus ab oriente in occidentem/ a septētrione in meridiē/ ac p totū oceani circulum cun ctis gentib⁹ una pace cōpositis Iani portas tertio clausit. Quib⁹ diebus transtyberim olei fons ex terra manauit: p q; diem ītegrum largissimo riuo fluxit: Gentibus denotās Christi gratiam: Cuius quidē aduentū pax illa secuta est. In cuius ēt ortu Angelus quidā pastorib⁹ illa īquit. Nuntio uobis gaudiū magnū: quod erit oī populo: quia natus est uo bis hodie Saluator ī ciuitate Dauid. Exultātes inde angeli plures una canebāt Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ uolun tatis. Quibus auditis pastores fide & pietate affecti: Christū natū illico quæsiuerūt relictis ouibus suis. Inuenerūtq; Infantē positū ī præsepio. Inde reuersi ad gregem Deū maxime celebrātes. ¶ Cū pastorib⁹ igit & Angelis exultātibus ,p tam āplissimo munere iā suscepto nos etiā gaudeamus: Neq; enim fas est: locum esse tristitiæ: ubi natalis est uitæ: Iesus autem Senatū populūq; Veliternū nutu suo augeat & defenset Vtq; olim in pace natus: pacem Christianis oībus uelit eē: pn̄tia bella gallica occultas peccato℞ punitiōes Auertens. Reliquum est prætor illustris/ Iudex æquissime Iustitiam diligens/ obhorrens iniquitatem: Vosq; alii Ciues amplissimi: ut Veliterni Sēatus nomine Vestris hu manitatib⁹ gratias agam: hilari enim frōte huc cōuenistis/ quo simul oēs Christi Saluatoris natale cum sūmo gaudio celebremus. Publici autē æratii quæstor: q; minime qua decuit rerum copia uestras Digna tiones accæperit/ ueniam poscit: haud enim uolūtas: haud animus de fuit: sed tēporis oportūitas Gallici belli tumultu ut nostis. Dixi.

Christi or tus.

Iani por tæ

Olei fons

Angelus

Gloria in excelsis.

¶ Dies festos tripliciter a fidelibus uenerandos. Corde. ore: & ope. Inde de Natali Christiano aliqua. Tit. ii.



On capiunt angustiæ pectoris mei: nō īfirmitas ingenii su stinet Viri Clarissimi: Quod hoc solēnissimo die dicēdū par esset. Fretus deniq; Cœlestiū ope/ De Sacro℞ dierum cultu: & natali Christiāo paucis ea expediā: quæ audisse ne minē ut puto pœnitebit: dum me diligēter audierit. Aiaduertite igit.

Corde ¶Tripliciter a/fidelibus Corde:ore: & opere uenerãdi sunt festi dies:
quõ. Corde:ut unusquisq; cogitatione rerum malarum abstineat. Et memor sit
Nati cur. dei altissimi:bñficiorumq; eius.Nã ideo nascimur:ut ipsum factorẽ rerum
Fuire deo. oĩum contemplemur:idest mente cernamus:colamus:& ueneremur.
Recti cur. Qui nos ideo generauit:ut ei seruiamus. Seruire aũt Deo nihil ẽ aliud:
Immorta q̃ bonis operibus tueri:& cõseruare iustitiã.Iccircoq; soli animãtium
litas. ad cæli aspectũ erecti sumus: ut sũmũ bonũ nostrũ idest ĩmortalitatẽ
Religio quæ est regni cælestis hæreditas: in sũmo deo esse credamus. Et ideo
cur nobis Religionẽ soli capimus:ut ex hoc sciamus hũanũ spiritũ nõ esse mor
talẽ:quia Deũ:qui est ĩmortalis desiderat:& agnoscit.Nihilq; prodest ho
Ore quõ minẽ esse fictum:ut recto corpore spectet in cælũ : nisi recta mẽte deũ
cernat:& Cogitatio eius in spe uitæ ꝑpetuæ uersef.¶Ore aũt ut malis
sermo cur uerbis abstinẽdo: Deũ ipsum oremus:laudemusq; simul. Susceptisq;
Lingua. bñficiis gratias illi agamus:tũc enĩ nihil aliud est agendũ: nisi in hym
nis:psalmis:& Canticis spiritalibus deo uacãdũ. Nã ideo sermonẽ so
Deus pater lus homo præter cæteras animantes accepit : ac linguam cogitatiõis
Deus dñs: interꝑtem:ut enarrare potestatẽ Domini sui possit.Qui pater ideo ap
Pater. pellatus est:quia nobis :& multa & magna largitur.Dñs ideo:quia ca
Dominus stigandi & puniendi habet maximã potestatẽ: Itaq; amare eum debe
Ope quõ. mus:quia filii sumus.Et timere:quia serui. Solus pr̃ uocãdus est:quia creauit.
auditus cur. Solus dominus nũcupandus quia regit. ¶Opere tandem:ut malis ope
ribus abstineamus:uisendo templa & sacras ædes:diuinaq; audiendo.
Auditus enĩ nobis ideo datus est:ut dei doctrinã ꝑcipere possemus.
Itaq; si uoluptas est audire cantus & carmina: Dei laudes canere & au
Vulgi im- dire sit iucundissimũ.Impandumq; aio est:ut tunc uoluptatibus absti
pietas. neat:quũ in illas omnis turba ꝓcubuit. Nã irreligiosa cõsuetudo est
Sacrificiũ quam uulgus per sanctorum solẽnitates agere cõsueuit : populi enĩ qui
quid: deberent officia diuina attendere(Cum sacrificiũ sit laus & hymnus:
cultusq; dei cõstet abstinẽtia cupiditatũ atq; libidinũ: patiẽtiaq; dolo
ris) Saltationibus & Tripudiis inuigilantes cantica etiam indecentia.
efferunt: honesti & decori oĩno ĩmemores : Maronisq; ẽt & Tibulli
Deus amã gentiliũ poetarum obliti . Quorum alteri canit: In primis uenerare deos
dus. Alteri uero illud: Omnia sint operata deo. Quẽ quidẽ debemus oẽs
amare:quia pater est: Vereri.quia dominus honorificare quia beneficus.Me-
Religio tuere:quia seuerus. Qua de re/ Spes oĩs uitæ : ac salutis/in sola dei Reli-
Quid agẽ gione sit posita.¶Sunt igitur fragilia cõtemnẽda: ut solida cõsequa-
dum mur:Spernẽda terrena:ut cælestibus oneremur.Tẽporalia fugiẽda:ut
Cõtinẽtia ad æterna ueniamus.Erudiat ergo se quisq; ad iustitiam:firmet ad cõ-
tinẽtiam oĩum uirtutũ fastigium: præparet se ad agonem & certamẽ:
Instruat ad uirtutem. Vt si forte aduersarius indixerit bellum:nulla ui

nullo terrore: nullis cruciatibus ab recto & bono diuellatur. Verum & solum deum rectus cognoscat: abiiciat uoluptates. quarum illecebris anima sublimis ad terram deprimitur. Teneat innocētiam: ꝓsit q̄ plurimis. Vt possit deo iudice ꝓ uirtutis suæ meritis: uel coronā fidei: uel præmiū imortalitatis adipisci. Docent enī diuinæ litteræ nō extingui animas: sed aut pro iustitia præmio affici: aut pœna ꝓ sceleribus sempiterna: Nec & enim fas est: Aut eum: qui sceleratus in uita feliciter uixerit: effugere quod meretur. Aut eū qui ob iustitiā miserrimus fuerit: sua mercede fraudari Quo circa semp ita uiuamus: ut rationē nobis reddendam arbitremur. Imitemurq; uiros sanctos: quoꝝ iccirco Solēnia celebramus: Vt eoꝝ gesta recolentes conemur eos: quantū possumus imitari. ¶ Potissimū uero Christi Iesu ueri dei & hois præcepta seruantes. Qui cū superius esset: descendit ubi homo erat: Vt eum reuocaret unde ceciderat. Et uerbum caro factum est: Vt deus & homo inter homines esset: Vnde crastina luce pro hominum redemptione inter bouem & asinum collocabitur/ Creator a creatura gēitus: In cælo cum patre sublimis & inccorruptus/ In terra cum matre & in presepio humilis & corruptibilis. Quē ipsum ut gēuit mox adorauit. Dixi. Aīarū remūeratio Martyrū festa cur. christ⁹ cur natus.

¶ Natali Die Iesu Christi gaudēdum esse: & sanctificandū. Cur dei filius anni fine uoluit nasci: Cur in dominica: Cur nocte. De Tribus missis celebrandis. De Sacris Vigiliis: De uigiliarum & Orationis fructu. Tit. iii. Cur Deus factus est homo

MAgnus ab integro seclorum nascitur ordo:
Iam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Occidit & serpens: & fallax herba ueneni.
Occidit. assyrium uulgo nascetur Amomum.
Aspice uenturo lætentur ut omnia sæclo.
Mater aue sūmi Virgo īmaculata tonantis:
Virgo pari numen reddens mortalibus astra.

¶ Vtinā mihi hodie Sapiētissime ꝑtor: Iudex æquissime: Priores magnifici: uosq; alii ciues īsignes: pisistrati facūdia exhiberet. q dicendo: tm̄ ualuisse traditus est: ut ei athenienses regium imperium oratione capti permitterēt. Aut pericles essem: qui sub Anaxagora præceptore: sūmo studio perpolitus liberis athenarum ceruicibus iugum seruitutis imposuit. Sic enim ego ualerem forsitan Vestras apud Dignationes inclytas: digna aliqua enarrare. Verum & si nulla in me dicendi facultas: cælesti tamen gratia fretus: humanitatumq; uestrarum præsidio: quædam memoratu dignissima de Natali dominico in ipsius diei commendationem breui aggrediar. Dicam siquidem Cur deus fa- Pisistratus Pericles

ctus est ho mo. Natali die Iesu Christi gaudendum esse: & sanctifican
dũ. Cur dei filius Anni fine uoluit nasci: Cur in dñica: Cur noctu. De
tribus missis celebrandis. De sacris Vigiliis: De uigiliarum & orõnis
fructu Adeste igitur. ¶ Exultant mihi præcordia: & mẽbra oĩa saliunt
Clarissimi Dñi: recurrit nanq; Mantuani poetæ illud: Iam noua ꝓge-
nies cælo demittitur alto: Aspice uenturo lætentur ut oĩa seclo. Illud
Ecclesiæ militantis: Crastina die delebitur iniquitas terræ: & regnabit
super nos saluator mundi. Illud Exodi: hodie scietis: quia uenit Dñs:
& mane uidebitis gloriam eius. Illud beati Hieronymi: hodie uer⁹ sol
Deus cur homo
ortus est mundo: hodie in tenebris seculi: lumen ingressum est. Deus
factus est homo: ut homo deus fieret. forma serui Dominus accæpit:
ut seruus uetteretur in dominum. Cælorum habitator & conditor
habitat in terris: ut homo colonus terræ migraret ad cælos. Quãta
ergo lætitia: quãto gaudio: quanta hilaritate humanum genus affici
debet hodie: Cum redemptorẽ Dñm nostrum Iesum Christũ sequen
Sanctificã dum esse.
ti aurora uisuri simus? Oportet itaq; eẽ nos sanctitate puros: pudicitia
mũdos: honestate nitidos: ad sacras ædes frequẽtius cõuenire: cõfes-
sionem delictoꝝ purissime agere. Vtq; redemptoris natiuitate Angeli
Gaudẽdũ quomõ.
sanctæ Trinitati congratulantur: Nos quoq; & illi congratulari. Nõ
quidem ebrietatibus: non impudiciciis: non ludis & alea: casu ue tabu
læ blasfemiis & periuriis: Vt pene per totum terraꝝ orbem praua con
Saturna-lia.
suetudo solet. Gentiles romanos imitãs Nam Saturnalibus eodem
mense pueri nucibus ludebant: & alea Viri. Quod sane Epigrãmatum
scriptor ostendit: Cum ait: Ne aleam sectaretur: Carminibus se operã
impendisse. Nos uero Christiani ueræ salutis: ueræ fidei docti & periti
ab luce ad tenebras: a tenebris ad lucem sequimur aleam legibus ueti
tam. Cumq; ecclesia cantet: Te deũ laudamus: ut indicetur: exultare
nos cum angelis: & congratulari redemptoris natiuitate: Cantet etiã
Benedicam⁹ Domino. Illudq; moneat sanctificamini hodie: & estote
parati: quia die crastina uidebitis maiestatem dei in uobis: Dum ludif
totam noctem: Quasne laudes: Bñdictiões: Sanctificatiões agimus?
christ⁹ cur anni fine natus.
Non iniuria igitur illud efferre possum: O stultas hominum mentes
O pectora cæca. ¶ Christus autem in fine anni uoluit nasci: quo se oñ
deret: ultima mundi ætate uenire. Sexta feria conceptus: Dñica natus.
Cur Dñi-ca natus.
Sexta feria crucifixus: Dominica resurrexit. Vt qui Sexta feria plasma
tum perdiderat: Sexta feria liberaret. Et quia dixerat: Dominico dies
Cur noctu.
fiat lux: eodem uenit oriens ex alto: ut nos illuminaret. ¶ Noctu uero
is natus est: ut se sub carne latentem uenire significaret: Vel ad illustrã
Missæ cur tres
dam noctem & tenebras nostras: habitantibus enim in umbra mortis
lux orta est eis. ¶ De Missæ quidem officio: illud prætereũdum mini

me:Quod Thelesphorus papa instituit Redēptoris natiuitate debere
cantari tris Missas.quo pateret: Christi ortum trium tēpoꝝ patres sal Prima.
uare.Patres inquam ante legem:sub lege:& post legem.Prima deniq; Secunda
media nocte canitur:ꝙ qui ante legem fuerant.non fuere aliqua lege
illuminati. Secunda uero diluculo:ꝙ sancti patres & ꝓphetæ/q̄ fuere Tertia
sub lege scripta/aliquātulū dei cognitionem habuere: ueꝝ nō quāta Prima
habetur hodie.Tertia autem Missa hora clari diei tertia celebraƭ: quo Secunda
niam illuxit nobis dies redēptionis nostræ. Prima igitur Missa est de Tertia
æterna genitura.de prē scilicet sine matre. Secūda de ꝓmissione anti-
quis facta:de genitura scilicet a matre sine patre Vnde cātatur.lux ful
gebit non fulsit aut fulget. Tertia est de Veritate nobis exhibita:quæ Vigiliæ
de utraque agit. Vnde caniƭ puer natus est nobis/Isaiæ captie nono. cur.
¶Siquis adhuc peteret:quam ob rem Dies Solēnium dierū præcedē
tes/Vigiliæ appellantur.& in eis Ieiunium facimus: Respondetur/ui
gilias dici:ꝙ olim diebus solemnibus Duo nocturna agebantur offi
cia:Populus autem totā diuinis laudibus noctē in ecclesia uigilabat:
uti & nunc maxime fieri solet: Vbi saluatoris nostri iesu/Antonii ma
gni/luciæ ue Natale aduenerit: Sed quia lusores Cantoresq; simul eo
cōueniebant: Turpibus cantilenis potionibus/fornicationibusq; inui
gilare cœperunt:propter ista:multaq; alia non decentia:quæ fiebant: Ieiunan
huiusmodi uigiliæ interdictæ fuerūt. Institutumq; inde eaꝝ loco Ieiu dum est.
nia fierent:quæ sane adhuc retinent officii nomen: uigiliæ nanq;/nō Vigilādū
ieiunia nuncupantur. Ieiunandū igitur: & honeste in sacris ædibus ui
gilandum utiq; est:ut ꝓpterea mundi ac puri filium dei digne aspice-
re & suscipere mereamur. Beati enim sunt serui illi:quos dominus iue
nerit uigilantes. Neq; debemus aleæ pernoctare turpibusq; appellere
animū:nulla sūmi tonātis habita reuerentia fandi atq; nefandi memo
ris. Mente atq; ratione cuius oēm Mundum administrari & regi cen-
sent philosophi magni & nobiles. Eoq; magis ad uirtutē cuiq; nitēdū Deo nil la
est:& scelera fugiēda:ꝙ nil deo latet:nihil deo clausum est.hinc Zeno tet.
interrogatus lateret ne deos homo male operans/ne cogitans quidē Vigilan
inqt. ¶Vigilādo dēiq;/ieiunādo & Orādo timor oīs excutiƭ: fiducia di &
nasciƭ. Caro maceraƭ. Vitia tabescūt. Charitas roboratur. Recedit stul orādi fru-
titia:accedit prudentia. Mens acuitur: Error obtundiƭ. Criminū caput ctus
Satanas gladio spūs uulneraƭ. Quid igiƭ hac utilitate magis necessa
riū? Quid istis lucris cōmodius? Quid hac felicitate beatius? ¶Cæ-
terum ꝙ excellentia tua benignissime prætor sūma cum hilaritate &
regifico luxu/Senatum populūq; ueliternū accepit:in imensæ memo
riam charitatis/& dominici laudem & gloriā natalis: Totius nomine
Ciuitatis huiusce Veliternæ grās tuæ agimus amplitudini infinitas.

Cúq; referri non possint: Deum quæsumus omnium creatoré: uirtu tumq; memorem: & pietatis: ut Magnificentiæ tuæ æterna frui uita longo post tempre ad uotum cócedat: Tribuis enim quod cu iq; con uenittes iustus prudés/fortis/publici amator boni: Quocirca Veliter nis omnibus concordiam & amicitiam Paris. Dixi.

¶Religionis autores primi. Cur Dii ex hominibus facti: Deum timendū & Venerandū. Iræ effectus. Iusti & perfecti Viri officia. Natali christiano sobrie/pie/& caste uiuendum. Tit. iiii.



Loquétissimi cuiusq; facundia mihi hodie opus esset uiri q̄ optimi: quo uestris oīno aurib⁹ satisfieret. Nō enim medio- cri uir ingenio id unq̄ præstare poterit: Si tamen beniuolos mihi/attentosq; uideto: ea certe in medium feram: quibus uoluptate non minima uřæ afficientur aures: Nam religionis: aucto- res primos: Cur Dii ex hoībus facti: Deum timédū & uenerandū: Iræ effectus: Iusti & perfecti uiri officia: Natali christiāo sobrie: pie & caste
Cæl⁹ rerū primus. — uiuendum paucis aperiam: Vt Deum ipsum continue pura/integra/
īcorruptaq; & méte & uoce ueneremur. Adeste/faueteq; ét atq; etiam
Cælites. — oro: & quæ dicam animaduertite. ¶Cælum Saturni patré iustum &
Melisseus rex. — benignum uirum/& astrologiæ non imperitum/Primum regem fuis
se Eumerus historicus ait: a quo Cælites deos sacrificiis primo cultos:
Sexta sti:Tertia igif celebratur qa hora illa crucifixus ē linguis iudæoꝝ: Et

Nona Spūs scūs sup apostolos uenit. Sexta qa tūc māibus militū crucifixus

missæ tēpus & imolatus ē. Nona qm̄ eo tpe i cruce pendens emisit spūm. Missæ deniq; sacramētū ad grāe tp̄us ptinet:quod p diē significaf : iuxta Illud Apostoli:Nox p̄cessit Dies aūt appropiquauit. Iōq; celebrari debet ar

Missæ modus tificiali die ab aurora incipiēdo: Nō aūt nocte: excepta illa dn̄ici natalis. ¶ Modus uero in missa cōsideraf respectu calicis : luminis:uestiū:

Calix Itaq; lapideo calice pp eius ineptitudinē celebrare nō licet:nec ligneo pp humiditatē: nec uitreo pp fragilitatē: nec æreo uel orichalceo.qa uini uirtute ærugie afficerenf:q̄ uomitus ꝓuocari posset: q̄ de re calix eē debet:uel aureus:uel argenteus:uel si egestas inerit stāneus ¶ Sine

Ignis igne celebrari nō licet:pp ipsius ignis significationē: significat.n.dilectionis feruorē p quē christus ꝓ nobis oblatus id sacramētū instituit.

lumen calor Ignis lumen & calor significant:quod sacramētū ipsum operaf in rite celebrante & digne suscipiēte iluminatiōis augumentū in intellectu: charitatisq; feruorē in affectu. ¶ Neq; ullus celebrare audeat sine uestibus ab episcopo bn̄dictis:itaq; sacratæ esse debent:& honestæ:quibus in aliis q̄ ecclesiasticis usib⁹:& deo dignis officiis:nemo uti debet. Sū.

aūt eæ sex & episcopis & præsbyteris cōes: Amictus. Alba. Cingulū. Stola. Māipulus. Casula. Quocirca sine iis celebrās lōge peccat. Oportet inde optimos sacerdotes esse & diligētes/ne ab ecclesia īstituta pretereant. ¶ Quædā uero ex iis quæ in missæ celebratione requirunt ad incarnationē ptinent: quædā ad passionē: quædā ad resurrectionē. Amictus in capite diuinitatē hūanitate amictā repsentat: Caput enim christi deus est: Alba camisiā uitæ nouitatē significat: quā christus habuit docuit & tribuit in baptismo. Cingulū christi iustitiam denotat: iuxta illud ppheticū: & erit iustitia cingulum lumborū eius. Manipulus in leua positus: p quā uita præsens designatur: indicat christum in uia portasse uirtutū & meritoꝝ manipulum. Stola quæ collo sacerdotis incumbit obedientiā notat: quā christus pter humani generis salutem subiit factus obediens usq ad mortē: Casula uero: quæ aliis supponitur: xpi charitatē significat: quæ oēs alias uirtutes excellit. ¶ Eleuatio autem sacratæ hostiæ eleuationem christi in cruce representat. Demissio eius depositionē e cruce: Positio sup pallam inuolutionem in syndone mūda: Palla. n. syndonē repsentat. Altare crucē significat: Calix sepulcrū: patena lapidem: quo sepulcrū fuerat clausum. Agnus dei ter repetitur: ad significandū φ nobis petimus: cogitationis: locutionis: & opationis peccata dimitti: remissione quoꝝ æternā pacē adibim⁹. Missam deniq beatus petrus apostolus primus oīum antiochiæ dicit celebrasse: Alii post alia addiderūt ad solēnitatē: & decorē. Missam præterea die dominico: aliisq celebrandis & obseruandis diebus seculares audire integrā debent: ita ut ante sacerdotis bn̄dictionē nō abeant. Audienda est hūiliter reuerēter & deuote: ut dei gratiā cōseq̄mur. ¶ Et qa quo sacerdotes fuerint digniores: eo facilius i necessitatibus p qbus clamāt: exaudiunt: Iccirco sacerdos qsq id cogitare: id loq: id opari debet: qd ad sui & alioꝝ salutē accedat. Nā bonus sacerdos conficit sacramētū ad suā & assistentiū utilitatē: Malus uero i sui ipsius dūtaxat ærūnā & calamitatē: quod ne fiat cauete ēt atq ēt oro. ¶ Quicqd demū officii: bn̄ficii: honoris: i lucæ sacerdotis q̄ opti gratiā & cōmodū cōtulistis: Id oē ita ē aīo ei⁹ impssū: φ ex aīco aīcissimū fecistis. Qua pp nihil existimetis eē tā difficile. qđ p uobis ei susceptū nō iucūdū & facile sit futuꝝ: qđ qdē re ipa q̄ uerbo faciet libēti⁹ Dixi.

Vestes | Amictus | alba camisia | Cingulū | Māipulus | Stola | Casula | Eleuatio hostiæ | Palla | Altare | Calix | Patena | Agn⁹ dei | Missæ īstitutio | Missa qn̄ audienda | sacerdotis officium

¶ Eucharistiæ grā: Et q̄re id sacramētum post cœnam dominus discipulis dedit. Exin quomodo eius est res gemina Tit. vi.



HOrresco prudentissimi patres: dicturus de sacratissimo christi corpore: res. n. est ultra ingenii acumen nō modo mei: sed mortalium quorūcunq fretus tn̄ tonantis ope/aperire experiar Eucharistiæ gratiam: Et quare id sacramentū dn̄s

post cœnam discipulis dederit: Exin quo ei⁹ est res gemina. post hæc ad graꝝ actiones me uertã. ¶Post sacramentũ baptismi & cõfirmatio nis sequit̃ eucharistiæ sacramentũ: quoniã p baptism a mundamur: id

Baptisma n. ad remissionẽ ualet. Per eucharistiã i bono cõfirmamur. Baptisma

Euchari æstus uitioꝝ extĩguit. Eucharistia spiritaliter reficit: Vnde eucharistia

stia bona gratia dicit̃: quid. n. melius corpore & sanguine Christi? In hoc etenim sacramento nõ modo est augumẽtũ uirtutis & gratiæ: sed ille totus sumitur: qui est fons & origo totius gratiæ. qua de re quicunq religiose gustauerit: corruptionẽ nõ uidebit. ¶Exponã modo magni

Euchari fici Viri Cur dñs id sacramẽtũ post cœnam discipulis dederit. Aduer

stia tite igitur. Id ideo post alia dedit: ut unũ altius memoriæ discipulorũ

cur post infigeret: ab ecclesiaq deinceps frequẽtaret. Nũc aũt potius ab ieiunis

cœnam sumi oportet: ut reuerentia singulari discernat̃ ab aliis cibis: quod qui dem dñs apostolis: per quos ecclesiam dispositurus erat disponẽdum & docendũ reliquit. ¶Eiusmodi preterea sacramenti gemina est res: Vna. s. contenta & significata: Altera significata & non contenta. Res

res gemia cõtenta & significata est caro Christi: quã de uirgine traxit: Et sanguis quẽ p nobis fudit. Res uero significata & nõ cõtenta: est Vnitas eccle siæ in pdestinatis: uocatis: iustificatis & glorificatis. ¶Decreuerã quo q reuerendi patres exponere: Cur sint duo sumẽdi modi: Et an christi corpus & sanguis a bonis tantũmodo sumi debeat: Verum ne tædio sim iis omissis ad gratiaꝝ actionẽ diuertam. fuistis enim adeo pmpti faciles & benigni in hac nouellæ missæ celebratione: quo reuerendo fratri leonardo & honori & iucunditati essetis: ut is periculum fortu narum & capitis sui pro uestra salute negligere debeat. Siq uobis gra tiam referre non possit: habeat semper. Dixi.

¶De Corpore: & Sanguine Christi: an uere in altari sint Quare sub alia specie sacramentum dominus celebrauit. Cur sub dupli ci specie sumitur. & Vbinam accidentia illa fundentur. Tit. vii.



Duertens hodie suauissimi patres aliquid ex consuetudine dicendum esse: non sponte quidem: uerumtamen aliquoꝝ hortatu & precibus: breui expediam An uerum christi cor p⁹ & sanguis in altari sit: Ad quid sub alia specie Sacramẽtũ dominus celebrauit: & celebrandum instituit: Qua de re sub duplici specie sumitur. cum sub alterutra totus sit christus. Vbinã accidentia

panis ui illa fundent̃. Exin ad gratias reuertemur. ¶In specie panis & uini quã

num. uidemus: res inuisibiles idest carnem & sanguinẽ honoramus: panis enim est in altari usitatus ante uerba sacra: ubi accessit consecratio: de

Sub alia pane fit christi caro de uino sanguis. Ex iis igitur cõstat uerum christi corpus & sanguinem in altari esse. ¶Sub altari esse. ¶Sub alia autem

specie tribus de causis tradidit christus carnem & sanguinē: & deinceps sumendū constituit: Vt fides. s. hēat meritum: quæ quidem est de his quæ nō uidentur: ne ēt abhorreret aīus: si cerneret oculis carnē crudā & sanguinē mādere. Et ne ab icredulis religioni insultaret / si cruorē occisi hominis libaremus. iis igitur causis in similitudinē accipimus sacramentū. ¶Sub duplici uero specie sumit christus / q̄uis sub alteru tra totus insit: Vt ostēdatur totam humanā naturā assumpsisset: ut to tā redimeret: Panis enim ad carnē refertur: Vinum ad animā Ideo igi tur Duplici specie celebratur: Vt animæ & carnis susceptio in christo utriusq̧ liberatio in nobis significetur: Valet enim ad tuitionē corpo ris & animæ quod pcæpimus. Nā caro christi pro salute corpis / San guis uero pro aīa nr̄a offert. Nec debēt dici duo sacramenta: sed unū qm̄ sub utraq̧ idem sumitur specie. ¶In quo autē Subiecto fundētur accidentia illa / quæ remanēt: Species / Sapor / & pondus: fatendum est existere sine subiectoq̧ ibi nō est substātia: nisi corporis & sanguinis domini: quæ quidem accidētibus illis haud afficit: qm̄ christi corpus in se talem formā nō habet sed qualis in iudicio apparebit. ¶In quo iudicio ne diuīa iustitia impioꝶ nūero ascribamur: Caue debem⁹ ne efferamur ira: ne supbia tumidi simus: ne libidini seruiam⁹. Alienā mu lierē sancte uideam⁹: Nihil indecoꝶ appetam⁹: Nō alienoꝶ cupidi nō inuidi sim⁹. Veꝶ misericordes / bn̄fici / mites humani / paxq̧ in aīo nr̄o ppetua uersetꝛ: p̄sertim i sacerdotibus Christi ministris: qm̄ dei donū ē itegritas aī: Sacrificiū laus & hymn⁹. ¶Præterea benignissimi patres Aduertēs uenerabilis sacerdos Antiochus ei⁹ nouellæ Missæ celebra tionē a cūctis sūma cū hilaritate & aīo ꝓmpto ac læto honestatem / se cuilibet obnoxiū reddit & debitorē ppetuū: Oratq̧ dei numīa sibi cō cedāt ex aī sui snīa in melius ur̄is i eū officiis posse referre grām. Dixi.

Specie cur

Sub dupli ci specie. Panis ui num.

Caro san guis.

Accidētia ubi

Quid ui tandum

¶NONVS Sermonum Libellus de Sponsalibus: & Matrimo nio / Continet Sermones Nouem:

¶Vxorem non ducendam. Tit. i.



Aepi⁹ cogitāti mihi / quot q̄lia: q̄taue Cōnubio nascant incōmoda Quinte: Fili (Quid. n. angustiaꝶ habeāt Nu ptiæ dici ipsis nuptiis) par eē uisum ē dissuadere tibi Cō iugia Itaq̧ rē ipsam breui absoluā: Exordium sumens a Catone illo uticēsi: dicēte: Si absq̧ fœmina posset eē mū dus: cōuersatio nr̄a n̄ eēt absq̧ diis. hic & hieronym⁹ scūs: mihi crede. corde cū dn̄o hitare nō pn̄t: q mulieꝶ accessib⁹ copulant. Quod qdē facile prim⁹ hō ueꝶ eē ondit: s. n. post familiaritatē & colloqum dei: uni⁹ pomi cupiditate agēte fœmīa supat⁹ delitiis locū pdidit. Est naq̧ sani capitis & præcipitis fœmīa: ide præcipuū arbitrat: qcquid mēti

Mulierū cōuersatū

Mulieris

Mulieris occurrerit:& uoluntas illi pro ratione habetur. Quocirca impudens:
uitia. inhumana,inconstans:intolerabilis:impia morosa admodū.iurgiosa
Xanthipe. iracūda/molesta p diē pq; noctē solet eē. Quod ēt de Xanthippe So/
Socratis cratis sapiētissimi uxore accæpimus:Nā cū in eū prius cōuicia & male
dicta iaculata esset:postmodū & sordidis aquis pfudit,Mirantiq; & di
cēti Alcibiadi/quænā ratio eēt/cur mulierē tā acerbā domo nō exige
ret:qm̄ inqt Socrates:quū illā domi talē ppetior:insuesco ut cæteroꝝ
quoq; foris petulātiā & iniuriā facilius ferā. Si ergo Socrati eiusmodi
fuit uxori:quid aliis/qd tibi euenerit. ¶Siue nobilē siue diuitē nactus
Fœmīa di fuerit:utraq; grauis molestaq; erit:dabit.n.affectus plurimos. Viroq;
ues. impabit.Cū nil sit diuite fœmina ītolerabilius: nil nobili arrogātius:
Mulier no Cū dote nāq; Maiores suos:eorūdēq; gesta & supciliū numerat in tui
bilis. cōtēptū atq; inuidiā/palā sæpius/corāq; pluribus nulla uiri rōne hita.
Vxor lo- Qua pp & Martialis inqt: Vxorē q̃re locupletē ducere nolī Quæri-
cuples tis:uxori nubere nolo meæ. ¶Si pauperē plæbeiāq; duxeris:nec utilis
Vxor pau tibi/nec digna fuerit.Infelicē nāq; uitā ages/ubi liberos ciuiliter edu-
per. care nō poteris:puellasq; nuptui tradere ex sentētia:hinc optie Seruus
ille apud Menādrū inqt:Quē extreme infelix ē:Quisquis in egestate
situs q̃rit liberos.Iōq; siquis liberos ob pauptatē nō poterit educare/
satius est ut se ab uxoris cōgressiōe cōtineat. ¶Quicūq; p̃terea seruitu
Seruitus i tē:q̄ libertatē optauerit:uxori inhæreat.Dicente Apostolo Iunctus es
uxore uxori:nō q̃ras solutionē. Solutus es/nō q̃ras uxorē.i. alligationē q̄ so
lutioni cōtraria est.Qui igitur seruit officio cōiugali uinctus est.Qui
uinctus est:Seruus est.Qui tñ solutus fuerit:liber erit:Cūq; libertas,ipa
Libertas potestas sit uiuēdi:ut uelis:Seruitus ī qua nulla felicitas postremū ma
quid. loꝝ oium/nō mō bello/sed morte ēt repellēdū ut adsit felicitas:quæ
Seruitus. in cōiugio nulla: Vñ phoroneus rex ait Leontio fratri suo: Ad sūmā
Phoroneꝰ felicitatem nihil mihi deesset:si uxor mihi sp defuisset.Mitioq; ī Adel
rex. phis:Et quod fortunatū isti putant:Vxorem nunq̄ habui:Metellus itē
Vxoris ca Mario rñdit:(Cū eius filiā dote diuitem/forma nobilē: genere clarā:
rentia. fama felicē.ducere noluit)Maro meꝰ eē q̄ suꝰ.Cui Marius:Immo ipsa
metellꝰ ad tua erit At ille:Immo uiꝝ oportet uxoris eē.Marcus ēt Cicero post re
Marium. pudiū Terētiæ uxorē aliā haud uoluit dicēs:Se piter uxori & philoso
Cicero de phiæ opā dare nō posse.Est.n.nociuū genꝰ fœmīa (ut Hieronymꝰ ait)
uxore & uia iniqtatis:itaq; si cū uiris fœminæ hītāt:uiscariū nō deerit Satha
fœmīa qd næ.Iccircoq; nuptæ thalamꝰ:ut ille scribit sp lites hēt:iurgiaq; alterna:
Vxoꝝ q & ī illo dormiť minimū.Vbi uxor pōposa tota nocte ita conq̄riť: Illa
relæ ornatior pcedit ī publicū:hæc honorať ab oībꝰ: Ego ī fœmīaꝝ cōspe
castæ pau ctu misella despicior:Cur uicinā aspiciebas:qd cū ācilla loq̄baris:& cæ
cæ tera huiusmōi.Si castā quæris:illđ admōeo: optimā fœminā eē:q̄ rari

or est Phœnice. Quælibet enim negat: nulla pernegat:
Hinc Martialis illud:
Quæro diu tutam Sophroni Ruffe per urbem:
Siqua puella negет: nulla puella negat.
Tanꝗ fas non sit: tanꝗ sit turpe negare:
Tanꝗ non liceat: nulla puella negat.
Casta igitur nulla est? castæ sunt mille: quid ergo.
Casta facit? non dat: non tamen illa negat.

Sūmis ac minimis igitur eadē pariter est libido: nec enim melior plæ-beia nobilis. Nec diues inope: & contra. Testatur id Iulia diui Augusti filia: nā uulgo potestatē corporis sui fecit. Cūq̧ cōscii flagitio℞ mira rētur: quo modo similes Aggrippæ filios procrearet: ait: Nūꝗ enī nisi naui plena tollo uectorē. Testat᷑ itē Seruilia. M. Bruti mr̄. Catonisq̧ iunioris soror: Ea siquidem cū Dictatore Iulio Cæsare (addita quoq̧ Iunia tertia filia: eadēq̧. C. Cassii uxore) rē hūisse legitur. ¶ Rite igit᷑ Bias quū rogat⁹ eēt a quodā deberet ne uxorē ducere: an uitā uiuere cælibē: inquit: Aut pulchrā duces: aut deformē: Si pulchram: hēbis cō munē: Difficile nanq̧ custodit᷑: quod multis placet. Sin turpem hēbis pœnā Neutrū aūt bonum pp alterutrum icōmodū: quod necessario patiēdū erit ei: qui duxerit. Nō est igit᷑ ducenda uxor. ¶ Vn̄ & Thales sapientissimus: quū rogaret᷑: Cur filios nō ꝓcrearet: q̄ filio℞ amore nō teneret᷑ respōdit. Vrgentiq̧ matri: ut se matrimonii uinculis astringe-ret: adhuc itempestiuū esse dixit: Emensa ferre iuuenta: quū illa acrius instaret: Iā inqt itempestiuū est. ¶ Diogenes quoq̧ rogatus a quodā: quo tpre ducenda sit uxor: Iuuenibus ait nōdū: senibus uero nūꝗ Lau dabat etiā q uxorem ducturi fuissent: & nō ducerēt. ¶ Socrates uero cōsulenti utrū melius eēt: Vxorē ducere: nec ne: Vtrū uis ho℞ inquit egeris: pœnitētia incesset. Id autē uer℞ esse Arius ille indicat: Cū.n. Pa cuuius flens Ario uicino suo diceret: Amice arborē hēo in horto meo infelicē: de qua prima uxor mea se suspēdit: postmodū Secūda: Iā nūc Tertia. Illi Arius: Miror te in tot successibus lachrymas inuenisse. Et iterum: Dii boni quot tibi suspendia arbor illa suspendit. Et tertio: Amice dede mihi de arbore illa surculos: quos seram. Timeo igitur Quinte fili/ne & te oporteat arboris illius surculos mendicare: quū iā inueniri nō poterūt. Nā quū tibi difficilis: cōtumax incurabilisq̧ uxor ut Socrati: ut mihi. nt aliis acciderit: Nec ullo pacto Socrates eris: qui morosam cōiugē: & insanos liberos nactus: cū eis comiter atq̧ huma niter uixit. Tunc arborē illā frustra perquires. Vnde postea uelis nolis ferre iugū submissa ceruice te oportuerit. Vti & Themistocli athe-niēsi euenit: Nā quū sibi filius mr̄is itercessiōe pleraq̧ iuberet: O uxor

Iulia Augusti
Seruilia
Iunia casii
Biantis dictum
Pulchra
Turpis
Thales de uxore
Diogenes de uxore
Socrates de uxore.
Arbor pacuuii.
Socratis liber
Themistoclis uxor
Cato de uxore

Licurgi leges iquit: Athenieses græcis imperant: Ego athenieńsibus: Tu mihi: Tibi filius. Quod idem fere Cato senior imitatus ait: Oés uxoribus iperát: Nos oibus hoibus. Nobis aút uxores. Itaq recte lycurgus iter lacedæ

uxoris uitium monú leges statuit. Virgines sine dote nubere: q seuerius mrimonia sua uiri coercét: quú nullo fræno dotis tenerent. ¶ Cumq Varro de officio mariti scripserit: Vxoris uitiú aut tollédú/aut ferédú eé quicq

natura tollit uitiú uxoré cómodioré præstare: q fert: sese melioré facere: Nec tollere id: nec ferre tu poteris. Natura. n. sp est neq mutat. Et hi facili⁹ curari pñt: q p assuetudiné: q q natura incótinétes sunt: Est náq facili⁹

mulieris uoluptas cósuetudiné quá naturá mutare: ut i Ethicis legit. Natura siquidé nó i nra é potestate. Hébis ide uxoré: de q uel hic: uel ille: aliqñ fiat prícú

purpurissus cerussa mulier ad uoluptates ppensior sit: Et modeste uiuere præserti iuuéib⁹ nó sit iucúdú. Qua de re i facie purpurissus & cerussa apponunt: quo rú alteæ roboré genaæ: labiorúq métit: Alteæ cádorem oris & colli.

mulierú affectus. Est. n. ipudicissimus mulieæ affectus: Vnde sp in gémis: sp i lapidibus semp in ornamétis extrinsecis gloriá ponút: Vt oculi uiroæ aurú có téplantes & gémas: tandé figant in faciê: quo facilius incitent ad libi

Curuca Cuculus dinosa incédia. Alienor itaq ut curuca: pro tuis filios educabis. Cucu lus. n. in curucæ nido (ut aiút) pariens illius oua esu absumit: Curuca

custodes inde cuculi oua: ut sua: fouet & excludit: & educat. ¶ Diceres át custo des aderunt: quos qdem uinolentia: mollities & pigritia minime de/

decipi malum est uxoris lis. cent: qm ridiculum eét: custode indigere custodem. Ab illis ergo inci piet: mulier náq unico potius oculo cótenta fuerit: q uiro uno. Deci pieris igitur: quod primo icómodum: iteæ stultú: Tertio turpe qd. n. turpius quam illud? ¶ Et cú nulla fere cá sit: in q Litem fœmia moue ré nó soleat: nunq pfecto qes apud te erit itegra/uxore iugiter obstre pente: Totiusq uiciniæ dicta factaq inuito ét referente. Siq audire no

uxoæ querelæ lueris: silentio ue indixeris furore cócita intonáte Ediuerso nec ipsa p priæ domus secreta uicinæ unq tacebit: ut illæ in apuleio: Quaæ una inqt: At ego misera: primú pre meo senioré maritú sortita sum: dein cucurbita caluiorem: & quouis puero pusilliorem: tum cunctá domú seris & catenis obditam custodientem. Suscipit alia: Ego uero maritú ariculari ét morbo cóplicetú: curuatumq: ac p hoc rarissime uenerem meá recolentem sustineo detortos & duratos i lapidem digitos eius

Catonis penitétia pfricás: fomentes olidis: & pánis sordidis: & fædis cataplasmatib⁹ ma nus has tam delicatas adurens: Nec uxoris officiosam faciem/sed me dicæ laboriosam psoná sustinens. Ideoque nó iniuria Cato senior di cere solitus: Tribus in rebus p oés uitæ suæ pres pœnitentiam egisse.

Vxoris obstaculú Primú si mulieri qcq arcanum aliqñ credidisse. Secúdú: si aliquo naui traiecisset: quo pedestri itinere sibi pficisci licuisset. Tertiú siqua dies ei

p incuriã inanis effluxisset. ¶ Adde ulteri⁹ꝗ inuita obstãteq́ cõiuge nil donare: nil uẽdere: nil emere nil deniq́ agere sine felle poteris. Salua q́ socru despanda tibi cõcordia: quod expertus aliũde testimonia nõ exq́ro. ¶ Si ꝑtera filios tibi fors dederit: aut ꝓbos: aut improbos: oĩno, perenni luctu nõ carebis. Dicente Socrate Alcibiadi illa: Inuenies nõnullos hoĩes: q filios uotis exoptãt: At quũ filios adepti sunt: ĩ calamitates doloresq́ maxĩos incidunt: Nã pleriq́ cum nati p oẽm ætatẽ ĩprobi pseuerent: uniuersam uitã mærore cõficiunt: Qui uero ꝓbos filios nacti: aduerso quodam casu illis orbantur: hinc nihilominus q̃ supiores illi miseri sunt: ut ꝓrsus eligerẽt nunq̃ se filios gẽuisse. Quod sane. Q. hortẽsius orator tpibus suis, romanæ eloquẽtiæ ornamentũ uerꝝ esse non ibit ĩficias. Nã filium potius in tormẽto aĩ / quã in uoluptatibus reponebat: Cum eius impietatem suspectã & nequitiã inuisam hñet. Clari quoq́ generis / magnæq́ dignitatis uir fului⁹: auxilium Senatus ĩplorauit: ut suspectus ĩ parricidio filius: & ob id latens: p triũuirum cõquireret. Qua de re iussu Patrum cõscriptoꝝ cõprehensus est. Vtq́ in Ethicis legitur: Qui trahebatur a filio: sistere iubebat ĩ ostio: se &c. n. patrem eo usq́ traxisse dicebat. Hæc ii passi fuerunt: cũ dicente philosopho: honor parentib⁹ ut diis tribui debeat. ¶ Quintus ãt martius Rex supioris catonis in cõsulatu collega filium summæ pietatis: magnæ spei: & quæ nõ parua calamitatis accessio fuit: unicũ amisit: q̃ misera igitur eius ꝑpetuo uita fuerit / tuteipse expendito: cum pentes diligant filios / ut aliquid sui. Sed quid Aemilio paulo euenit? Nonne duos ei egregiæ ĩdolis filios fortuna abstulit: quoꝝ alter triumphum patris funere suo q̃rtum ante diẽ ꝑcessit: Alter in triumphali curru ꝓspectus: post diem tertium expirauit Nihil. n. quicq̃ homini tam ꝓspeꝝ diuinitus datum: quin admixtũ sit cõiugatione q̃dã mellis & fellis q ubi huber: ibi tubet. ¶ Afferrem in hac re plura: ni passim & tu Quĩte fili nostra quoq́ ĩ urbe tetriora cõspiceres. quibus omissis ut aliq̃n finẽ orationi imponã: illud tãtum etiam atq́ etiam moneo: quo liberior: tuoq́ iure non alieno uiuas: Et quo Vxoꝝ iurgia: lites: imperia: multiloquium: pfidiam uites: filiorumq́ aut mortes aut calamitates: coniugia uelut Aspidum: Canis ne rabidi morsus effugito. Dixi.

Filioꝝ luctus.

filiorũ luctus.

Q. hortẽsius.

Fuluius

Qui prẽm traxit.

parentum honor

Q. Marti⁹

Parentes Filii

Paulus æmilius nihil est oĩno prosperum

¶ Vxorem Ducendam esse. Tit. ii.

Ontendũt plurimi: Vxorem ullo pacto ducendã minime: Ego uero longe secus edisseram: si attentos aduertã. Adeste igitur Viri præstantes. Triplici quidem causa Matrimoniũ rem esse utilẽ sapiẽtissimi censent: Prima est / Susceptio plis: Nã genitalẽ corporis partem (quod nomen ipsum docet) nulla alia causa nisi efficiẽdæ sobolis accæpim⁹: Et duo sexus generandi cau

Matrimonii causæ

Zeno de uxore
Cato cur maritus.
Solonius
Cato uti/censis.
Socrates cur uxorē
Aristotelis liberi
Herasistratus.
mulier cur nascitur
mrīmonii cā secūda
Xp̄s nuptiis interfuit
Coniugiū quid
Vxor diligenda est
cōiugii cā tertia
Solitarii uita

sa sunt instituti. Qua de re Deus Coniugium inter primos parentes
instituit: quibus benedicens ait: Crescite & multiplicamini: & replete
terram. Quod item & Zeno asserens in rep: sua: Vxorem ducturū sa/
pientē pcreandorū liberorū causa: inquit. Qua etiam ratione ductus
Cato senior Solonii scribæ filiolā duxit uxorē: quod cum Cato filius
ægre tulisset: accersitis sociis prēm conuenit ueniamq̄ deprecatus est:
siqd in eū parauisset quo subiratus ac dolens ei nouercam induxisset.
Cui Cato meliora dic inquit fili charissime: omnia sane tua: iucūdita
te me quadam afficiunt: Et quod tibi succenseam nihil est. Sed huius
rei cōsiliū cæpi: Cū multos mihi quidem natos: patriæ uero tibi psimi
les ciues relinquere cuperē. Ex illis itaque nuptiis Catoni filius ex ma
tris cognomēto Salonius ortus ē. Alter uero natu maior/prætor desi
gnatus patre uiuo extremum obiit uitæ diē: egregios de iuris discipli
na libros relinquens: unico tantum filio superstite: qui satis uæhemēs
orator fuit: multasq̄ orationes ad exēplum aui scriptas reliquit. Salo
ni9 uero gēuit. L. Catonē: &. M. Catonē: is. M. Cato tribun9 ple. fuit:
Ex eoq̄ natus est. M. Cato prætorius & philosophus: q se bello ciuili
uticæ iteremit. Patet igitur optimū fuisse Catonis cōsilium: nisi enim
uxorem alterā accæpisset: in eius familia tot tātiq̄ uiri pstantes: & Ca
to iunior: non fuissent. ¶ Socrates etiam sapientissimus prolis gratia
Xanthippen uxorem habuit. Dicentiq̄ Alcibiadi nō esse tolerabilem
tā morosam: ait: An uero tu non toleras clamore perstrepentes anse
res? Illo dicente At mihi oua pullusq̄ pariunt: Et mihi ait Xanthippe
filios gignit. ¶ Aristoteles quoq̄ & Nicomachum puerū & puellā ex
qua Herasistratus natus ē medicus īsignis liberos suos reliquit. Recte
igitur Claudianus Nascitur ad fructum Mulier plemq̄ futurā. ¶ Se/
cunda Matrimonii causa post primi parentis peccatū instituta fuit Vi
tatio. s. fornicationis. Vnde Apostolus. ppter fornicationē unusquisq̄
hæreat uxori. Est itaq̄ laudabile cōiugium: quod ni eēt/ Christus ipse
nuptiis haud interfuisset: quas etiam miraculo cōmendauit Aqua in
uinum conuersa. Est enim cōiugium signum spiritalis cōiunctionis:
qua inter se cōiuges iungi debent. Vnde Aurelius Augustinus admo
net/ Viros diligere uxores/ uti seipsos. Tertia cā est: quoniā ut Genesi
legit: haud bonum est hoīem esse solū. Hinc & Phūs in Ethicis docet.
hoīes subire cōiugium: nō solū pcreatiōis: sed eorū ēt gratia/ quæ ad
ipsam cōferunt uitā: officia nāq̄ cōtinuo sunt diuisa: atq̄ alia uiri alia
sunt uxoris. Opem itaq̄ sibi mutuo ferunt: res pprias in cōi ponētes.
Et solitario difficilis est uita: siqdem nō facile est p se ipsum cōtinue
operari: qm̄ imbecillis est: nec p se potest sine hoīe uiuere: Vnde socie
tatē appetit/ ut uita cōis ornatior fiat & tutior. Præterea qm̄ Soboles
ciuitati

ciuitati necessaria est: Cuius seminariũ quoddã est cõiunctio maris & fœminæ: rite Senatus populusq; Romanus ad ꝓlẽ populi frequẽtãdã præmiis atq; inuitamẽtis usus fuit: Tunc eni antelati sunt qbusdam in rebus qui uxores: qq; liberos hẽrent: senioribus neq; liberos neq; uxores hẽntibus. Nã sic priori ex cõsulibus fasces sumendi potestas fiebat: nõ q pluris annos natus esset: sed q pluris liberos q̃ collega: aut in sua potestate hẽret: aut bello amisisset. Sed si par utriq; numerus liberoꝝ erat: Maritus præferebatᷣ: Si uero ambo & mariti & patres totidẽ liberoꝝ fuissent: tunc q maior natu erat prior fasces sumebat. Quis ergo cõiugia nõ amplectatᷣ: Cũ & ciuitas sine m̃rimonioꝝ frequẽtia salua esse non possit Et maritis honor & dignitas maior insit. Recte iccirco Metellus Numidicus in cẽsura: populũ ad matrimonia capessenda exhortabatᷣ. ¶ Et licet nõnullas plerumq; in m̃rimonio molestias eẽ dicãt: Scito illas & paruas & leues: facilesq; toleratu eẽ: maioribusq; eas emolumẽtis & uoluptatibus deleri. Easdẽq; ipsas neq; oĩbus: neq; naturæ uitio: sed quorundã maritoꝝ culpa & iniustitia euenire: Nec oĩa mortali uiro ad uotum in uita succedere facile est: ꝙ unicuiq; dedit uitiũ natura creator: ut ille inqt. Nec ẽt quicq̃ difficilius: q̃ reperire: quod sit oĩ ex parte in genere suo ꝑfectũ. Itaq; sine uitio aliquo nõ solũ mulier: sed uir ipse quidẽ a quo uirtus dicitur/ difficilis est inuentu. ¶ Cæterũ ꝙ Bias ille dixerit: Aut pulchrã duces/ aut deformẽ: Si pulchram hẽbis cõem: Sin Turpem/ hẽbis pœnam: Nõ est igitur ducẽda uxor. Respondeo/ si formosam duxero: nõ hẽbo pœnã: Sin deformẽ non habeo cõem: Ducẽda est ergo uxor. ¶ Quod aũt aliqui dicãt: Vxores maritis imperitare: falsum ostẽdam. qm̃ Augustinus ait: Ordinem eẽ naturalem ĩ hoĩbus: ut seruiãt fœminæ uiris. Et Ambrosius illud: Mulierem cõstat subiectam esse dominio uiri: & nullã autoritatẽ habere. Et Isidorus illud: Fœminæ dum maritanᷣ: ideo uelantur: Vt nouerint se semp uiris suis subditas esse debere: & humiles. Sed ꝙ aliquãdo imperent: inde est: ꝙ mulieres multæ multis uiris ad multa præstãtiores ut plato ait. Ne ergo tibi uxor impet te uirũ præstabis. ¶ Vbi uero impudicæ mulieres argui solent: audi hieronymũ: Quod nõ licet fœminis: æque nõ licet uiris: & eadẽ seruitus pari cõditione censeᷣ Et Apostolum: Vir potestatẽ sui corporis nõ hẽt sed mulier: Nec mulier sui: sed uir eius. Siquis igiᷣ honorabiles nuptias: & cubile imaculatũ quærit: se quoq; & castum & pudicum uxori exhibere debebit: Sic enim secunda matrimonii causa uitatio fornicationis hincinde seruabiᷣ. Nec ob aliam causam Deus: cum cæteras animãtes suscepto fœtu maribus repugnare uoluisset: solã omniũ mulierẽ patientem uiri fecit: Scilicet ne fœminis repugnãtibus libido cogeret uiros aliud appetere: eoq; fa

Senat⁹ de Maritis

Cõsules q digniores

M̃rimonii molestiæ

Vitiũ cuilibet

Bias.

Fœĩnæ uiris seruiãt.

Cõiunx uterq; castus sit.

Cur sola mulier ꝑgnãs recipit uirũ.

cto castitatis gloriā non tenerent. Seruāda igitur fides ab utroq3 alteri est: Exēploq3 cōtinentiæ docenda uxor: ut se caste gerat: Iniquum est enim ut id exigas: quod ipse præstare nō possis. Et uxor quum in tale incidit matrimoniū prauo exemplo cōcitata: aut imitari se putat: aut uindicari. Cauendum ergo ne occasionē uitiis nostra intemperantia demus: Nam fere in hoc iustitiæ summa consistit: ut non facias alteri: qcquid ipse ab altero pati non uis. Illudq3 te nō fugiat: nec tantū alienis toris: quos attigere nō licet: Verū ēt publicis uulgatisq3 corporib9 abstinendum deum pcepisse. ¶ Et qn̄ potissima causa in matrimonio pcreatio prolis ut patuit: Quo filii robustiores pcreētur: Socratis illud Platonici obseruandū censemus. Præcipit nāq3: ut mulier ab uicesimo ætatis anno incipiens: usq3 ad quadragesimū pariat. Vir aūt postq̄ acutissimū sui cursus uigorem transierit annos sane triginta: Inde usq3 ad annos quinq3 & quinqginta pcreet. Ciuitasq3 uniuersa precabit. ut ex bonis meliores: ex utilibus utiliores nascant. ¶ Præterea q̄ educatio eruditioq3 bona seruata: ingenia quoq3 bona efficit: patribus & primo & maxime deus præcipit: ut nullius rei maiorē curā: custodiāq3 suscipiant: q̄ natorū: Statim ergo a primis annis pueri honestis iocis assuefiant: Nā si minus decētibus assuescant: nunq̄ legitimi: pbiq3 uiri euadere poterunt. ¶ Cumq3 gloria patris: filius sapiens. Et nō parui sit apud deū meriti bene filios educare: parentesq3 longe honorabiliores sint: qui liberos erudiēdos curant his: qui solū genuerūt. q̄ hi uiuendi tm̄: illi ēt bene beateq3 uiuēdi autores sunt: Imitari Catonē seniorē debemus. Qui sane filium cumprimū per ætatē intelligere potuit: Lr̄is erudiuit. Et licet Chilonē gratiosissimū seruū suum grāmaticū hr̄et: qui compluribus ludū pueris apuerat: Ipse tn̄ lr̄arū pceptor fuit: Ipse leges edocuit: ipse exercēdi corpis magister: nō mō iaculādi: tractādi arma: & equitandi: sed ēt pugno dimicādi: & calorē & frigus tolerādi ac rapidos gurgites & asprimos fluuios intrādi artes ostēdit. Ab uerborū quoq3 turpitudine pn̄te puero sic tempauit: quasi uestalib9 Virginib9 Arbitris locuturus eēt. Vt ille in uita quasi quoddam speculū intuēs: ab operum simul & sermonum turpitudine penitus se auerteret. Themistocles ēt Filium suū Cleophātum in Equestri Facultate strenuum ita effecit: Vt Equis rectus insisteret: Rectusq3 ex Equo iacularet: Cæteraque pmulta stupēda pficeret. Aristides quoq3 filium suum lisymachum in oībus: quæ preceptores ulli pfiterent. optime atheniensium oīum eruditum euadere uoluit. Pericles item uir magnopere sapiens duos filios educauit: paralum & Xanthippū: quos ipse tum in equestri patria: tum in musica: tum etiam in certaminibus: præ cæteris atheniēsibus instruxit. ¶ Si probos: inde casu aliquo amittemus: Eundem Ca

Mulier anni. xx. Viris āni. xxx.

Filiorū cura

Filii docē di

Cato filiū docuit

Verba turpia

themistoclis filius Aristidis filius.

Filiorū luctus

tonem imitari conducet:qui filii sui optimi uiri & quem tam studiose erudierat:mortem modice sapiēterq; tulit. Aut Periclem ipsum athe/niensium principem qui intra q̄driduū duobus mirificis adolescenti bus filiis spoliatus : his ipsis diebus nec uultu nec habitu mutat caput solito more coronatū gerebat:ut nihil ex uetere ritu pp domesticum uulnus detraheret. Aut Anaxagorā:qui audita filii morte:nihil inquit mihi inexpectatum aut nouum nuntias : Ego enim illum ex me natū sciebam esse mortalē:Respōsum ꝑfecto sapientissimū: Vt enim mori nemo solet:qui nō uixerit:ita ne uiuere quidem aliquis potest:qui nō sit moriturus. Et qui aliquem queritur mortuū esse: queritur hominē fuisse. Omnes etenim eadē conditio deuinxit cui nasci contigit:mori restat. ¶Illud autē in primis admoneo:ut non īmortales tibi filios da ri:sed bonos & illustres optare uelis. Si tamen improbi fuerit:nō ꝓp/terea crucieris: Verꝝ fortunæ tela aduerso pectore sp excipias: & dura atq; aspera ferēdi sciētia redde molia:q; magna & præcipua uirtus est patiētia:hoc est accidentiū maloꝝ platio. ¶His igitur animaduersis: multa in coniugio bona esse:filioꝝ prolem & uoluptatem:fornicatio nis effugia:mutuam opem: Maritoꝝ & patrū honorem:dignitatem: præstantiam:mulierem domestica gubernātem:uiro subiectam:& ob sequētē:Quis adeo stultus est & insanus,ut tot tantisq; cōmodis care re;potius:q̄ tot animo frui & uti uelit:Nisi qui solitudinem orbitatem generis interitum: Alienum hæredem optauerit?Dixi.

cōsolatio Catonis tolerātia.
Periclis patientia.
Anaxagoræ respōsum.
Cōsolatō
Quales filii.
Patientia quid

¶In Sponsalibus De Anulo Cur i digito:qui minimo uicinus est:ma nu præcipue sinistra:Et de Quattuor necessariis spōso & spōsæ. Ti.iii.

Opus equidem:Magnifici atq; insignes optimiq; almæ urbis Cōseruatores:Egregii celeberrimiq; Doctores: Vosq; ciues gnosissimi:Opus inquā mihi hodie esset:uel Pisistrati facū dia uel periclis: Sic.n.ualerē forsitā uestras apud dignatiōes insignes digni aliquid enarrare. At q̄.ea minime eloquētia mihi tra dita est:rē paucis expediam. Vbi nāq; de Anulo dixero cur in sinistra fert. Vestris ego prudentiis : Eximii doctoris.D. Dominici de Bonis Auguriis Sponsæ patris noīe/grās agam : Posthæc de q̄ttuor sponso uel sponsæ necessariis. Intendite q̄so. ¶Cōis quidē assensus Anulū in digito:q minimo uicinus est:& manu ꝑcipue sinistra:gestandum esse ꝑsuasit:q; neruus qdā e corde natus usq; ad digitū manus sinistræ mi nimo ꝓximū pergat:illicq; desinat:implicat⁹ cæteris eiusdē digiti ner uis. Iōq; uisum ueterib⁹:ut digitus ille:anulo tanq̄ corona circūdaret. Quo certe anulo utriusq; cōiugis amor cōiungi solet. ¶Veteres præ terea nō ornatus: sed signādi causa anulū secū circūferebant: Vn̄ nec plus habere q̄ unum licebat:nec cuiquā nisi liberoꝝ Iccirco ius anuloꝝ

Dn̄icus augur.
Anulus in quo digito.
Veterum Anuli

famuli nō habebant: Imprimebat autem sculptura materiæ anuli/ siue ex ferro/ siue ex auro foret: Et gestabat ut qsq; uellet: quacunq; manu: quolibet digito. Postea uero usus luxuriantis ætatis signaturas ptiosis gemmis cœpit insculpere. Hinc factum est: ut usus anulo℞ exemptus dexteræ quæ multum negociorum gerit: in leuam relegarentur: quæ ociosior est: ne crebro motu & officio manus dextræ pretiosi lapides frangerent. Electus autem ipsa leua manu digitus minimo proximus quasi aptior cæteris: cui cōmēdaretur Anuli pretiositas. Minus enim officii gerit: & ideo seruando Anulo magis accōmodatus. ❡ Plura de Anulo dicerem: nisi fastidio essem: Veniam iccirco ad gratiarū actiones: Sed cum uiderim uestras humanitates hilari frōte: & læto uultu animoq; & mente, pmptissimis cōuenisse. ut honestissimæ puellæ Clarissimi uiri. D. Dominici filiæ Spōsalia honorarēt: quo pacto gratias agere ualeam/ nec scio nec uideo: Cōfugiendum igitur ad summi dei clæmentiam atq; opem. Vnde oro ac obsecro etiam atq; etiam Deus ipse uestris officiis digna premia referat: Concedatq; benignis spōsæ parentibus: eiusdemq; germanis q̄ optimis gratiam plurimā: qua media uestrum oīum animo ac mēti facere satis possint. qui certe offerūt postremo sese/ suaq; oīa uestrum cuiq;: nec unq̄ desinēt debere cūctis. Adeo nanq; summa reputant uestra officia: ac potius pietatē: q̄ nulla unq̄ delebit obliuio. ❡ De sponsis etiam aliqd dicere operæ pretium est: pluribus tamen omissis: illa qdem huic matrimonio inesse cognoscite: q̄ in optimis esse debent. Sunt. n. quattuor illa quæ in eligendo marito spectari solent: Virtus: Genus: Pulchritudo: Sapientia: Itē quæ in eligenda uxore q̄ttuor. Pulchritudo: Genus: Diuitiæ: Mores. Quo circa alter ab altero coniugali amore ita ametur: Veluti a. C. Graccho sua Cornelia: & a Porcia suus Brutus amatus erat. Deus aūt oīpotens bn̄dicat utriq;: Crescere faciat: & multiplicet eorum sobolem. Dixi.

Anuli in sinistra

Quattuor sponsis necessaria

❡ Sponsalia quid sint: Vnde dicant: Quādo contrahi possunt: Et q̄liter. Et an ea cōtracta per Parentes efficaciam habeant. Tit. iiii.



Heophrastus suo eloquētissimus tēpore phūs semel apud Atheniēsem populū uerba facturus/ deturbatus uerecunda destitit. Multo maxime igitur rudis ego dignissimi ciues rubore & uerecūdia nūc afficerer: apud tātum clarissimorum hoīum cœtum dicturus. Nisi me cognita cuiusq; summa in oēs hūanitas ad ea q̄ pposui enarrāda exhortaret. Itaq; Sponsalia qn sint: Vn̄ dicant: Qn̄ contrahi possunt: Et qualiter. Et an ea cōtracta p parentes efficaciā habeāt: paucis exponam: Attendite præcor. ❡ Sponsalia quidem sunt futura℞ nuptiarum pmissio: a Spondeo dicta: quod est promitto. Proprie enim Sponsalia stipulationū spōsionumq; contractus

Theophrastus

Sponsalia quid

dicebaſ:Nã q Vxorẽ ductur⁹ erat:ſtipulabaſ/eã in matrimoniũ ductũ iri:Qui daturus erat/itidem ſpõdebat datuꝝ. Tum quæ ꝓmiſſa erat/ Spõſa appellabaſ:Qui ſpopõderat ductuꝝ Spõſus. ¶Ea uero ante ſeptẽniũ cõtrahi minime poſſunt: Ratio eſt:qa cõſenſus i hoc requiriſ: q iteruenire nõ põt:niſi ab alterutra parte illud itelligaſ:quod iter eos agiſ. Quã rẽ ætatis pueroꝝ ante ſeptẽniũ ĩfirmitas ñ admittit. ¶Hæc eadẽ uel abſolute uel ſub cõditiõe cõtrahi ualẽt: Abſolute qnq; modis:Nuda uidelicet ꝓmiſſione:ut quũ uir dicit Accipiam te in meã;Et mulier accipiã te in meũ Datis arris ſponſalitiis/ut pecunia uel huiuſmodi aliquo Anuli ſubarratõe/Interueniẽte iuramẽto:Datiõeq; fidei. Si uero Spõſalia cõtrahanſ ſub Cõditiõe: Aut honeſta cõditio eſt: Vt ſi uir dicat: Accipiã te in meã/ſi placuerit:meis parẽtib⁹: quod ſi erit tenẽt ſpõſalia:ſecus minime. Aut eſt cõditio ihõeſta:nõ tñ cõtra matrimonii bona.ut ſi uir dicat:Accipiã te ĩ meam: ſi furtis meis cõſentias: quæ cõditio hẽtur ꝓ nõ appoſita: ualẽt.n.ſpõſalia:ac ſi abſolute facta eẽnt:Si aũt eſt cõditio cõtra mr̃imonii bona:ut ſi uir dicat: Accipiam te in meã:ſi uenẽa ſterilitatis ꝓcurare uolueris:tũc ſpõſalia tenẽt minime: Cõditioneq; cõtractã corrũpit:qñ eſt cõtra ipſius naturã. ¶Contracta deniq; Spõſalia p parẽtes efficaciã nõ hñt: ſi illi/de qb⁹ agiſ nõ cõſenſerint. Vñ ĩ Geneſi legiſ: Vocem⁹ puellã/& quæram⁹ ipſius uolũtatẽ. Neceſſe eſt igiſ maris & fœmĩæ itelligeſ uolũtatẽ priuſq̃ ipſi parẽtes talia exeq̃nſ & cõtrahãt. Quæ qdẽ oĩa ĩ pñti rite ſuata fuiſſe cunctis patet & liq̃t:Ideoq; orem⁹ oẽs bono ſideꝛ:fideli auſpicio:fauſtoq; oĩne ſpõſalia hæc futuro cõiugio initiũ dederit: ut pulchra & optia ꝓles inde fructiceſ & oriaſ. Viuãtq; ꝑpetuo Feliciſſimi ſimul. ¶Præterea uidens ego uiri præſtantes cunctoꝝ animos ſũma lætitia affectos ob hæc amãtiſſimoꝝ fratrum Antonii & Georgii:qui forma diuitiis moribus p̃ſtãtiſſimi Spõſalia: quæ omnes ſummo ſtudio celebraſtis: Eorum nomine gratias ago omnibus ĩmortales: offerens ueſtris omibus uotis & cõmodis parata eſſe:quæcunque habent. Dixi.

Sponſa Sponſus

Qñ contrahi pñt

Quomõ Contrahuntur

Sponſalia p parẽtes

¶Matrimonium quid ſit:Quæ eius inſtituendi Cauſæ. Quæ matrimonii bona. De tribus pueris.& quinq; facibus:& de Nucibus in antiquoꝝ nuptiis. De Anulo cur in digito ſiniſtræ minimo proximo. De Sponſis quorum cuilibet quattuor ſunt neceſſaria. Tit.v.

MAiores natu in Conuiuiis olim:ad Tibias egregia ſupioꝝ opa carmine cõphenſa cãtabãt:quo ad ea imitãda iuuenes ĩpos redderẽt alacriores. Hodie uero p̃ſtãtiſſimi uiri:omiſſa priſcoꝝ cõſuetudine breui expediã. Matrimonium quid ſit Quæ eius inſtituẽdi cauſæ. Quæ Matrimonii bona:De tribus pueris: & quinq; facibus:& de Nucibus in antiquoꝝ nuptiis: De Anulo cur i

Maiorum conuiuia

digito sinistræ minimo ꝓximo: De Spōsis: quoꝝ cuilibet q̄ttuor sunt necessaria: Attendite quæso. ¶ Matrimonium est legitima cōiunctio Maris & Fœminæ: indiuiduā uitæ cōsuetudinē retinens: diuini & humani iuris cōicatio. ¶ Fuit autē Matrimonii causa instituendi triplex: Prima est causa ꝓlis. de qua in Genesi legitur: Et benedixit eis dicēs: Crescite & multiplicamini & replete terrā. Hic ēt Augustinus ait: Deꝰ marē & fœminā ꝓpagādi generis cā nuptiali castitate cōiunxit. Secūda uero adiutorii causa: de qua ibidē etiā dicitur: Nō est bonū hoiem esse solū faciamꝰ ei adiutoriū simile sibi Tertia deniq̧ Incōtinētiæ cā. Vn̄ dicit Apostolus: Qui se nō cōtinet/nubat. ¶ Eius quidē matrimonii bona triplicia quoq̧ esse dicūtur: Fides: Proles: & Sacramentū. In fide attēditur: ne post uiculū cōiugale cum alio uel cum alia coeatur. In ꝓle: ut ad naturæ cōseruationē amāter suscipiatur: religiose educetur. In sacramento: ut coniugiū non separetur: Matrimonium nanq̧ significat christi desponsationem cū ecclesia: quā nunq̄ dimisit. Nec cā ꝓlis alteri coniugat: Nā ut Augustinus ait: Sic nō sunt facienda adulteria ēt uoluntate filios generādi: queadmodū nec furta uolūtate pascēdi pauperes sanctos. Est aūt adulteriū alieni tori uiolatio: uel ꝓprii deturpatio ¶ Patrum & matrum pueri tres olim adhibebantur in nuptiis: unus: q facē præferret ex spina alba: quia noctu nubebant: Duo: qui nubentem tenerēt. Spina autē nuptiaꝝ facibus auspicatissima q̄m inde fecerint pastores: qui rapuerunt sabinas: ut autor est Massurius. ¶ Plutarchus uero in ꝓblematis scribit: ꝙ quinq̧ faces in nuptiis accē debant: quas cæreos appellabant. Nuptiis enim numerus impar cōuenietior atq̧ aptior hēbatur: Nam impar omnino scindi nō pōt. Vnde si diuidatur: sp cōe aliquid relinquit. Ex oibus uero imparibus nūeris quinarius potissimum nuptialis est Tria enim primū imparis locum tenent: Duo aūt paris ex quibus tanquā mare & fœmina quinarius cōmiscetur numerus. An magis: ꝙ deos quinq̧ precari eos putabāt qui matrimonio cōiungerentur. Iouem adultum: Iunonē adultam: Venerem: Suadelam: & in primis Dianam: quā ēt in partu & doloribus mulieres inuocabāt. ¶ Spargebant & nuces i nuptiis: hinc ait ille. Mopse nouas incide faces: tibi ducitur uxor: Sparge marite nuces. Fecit autē eas nuptiis religiosas: ut aiūt: tot modis fœtꝰ munitus. Illæ enī gemio ꝓteguntur operimento: puluinati primū calycis: mox lignei putaminis. Volūt alii quia cadēdo tripudiū sonum ue faciāt: nuptiis fuisse religiosas nuces. ¶ Cōis uero assensus Anulum in digito: qui minimo uicinus est: & manu præcipue sinistra gestandum esse persuasit. ¶ Cū neruꝰ quidam ecorde natus usq̧ ad digitum manus sinistræ minimo ꝓximum pergat: illicq̧ desinat implicatus cæteris eiusdem digiti ner

Mr̄imoniū quid
mr̄imonii causę
Matrimonii bona
Matrimonium. qd significat
Adulteria uitanda.
Adulteriū quid
Pueri tres
faces qn ꝙ impar numerus
quinarius numerus
dei quinq̧
nuces cur
Anulus in digito.

uis. Ideoq; uisum ueteribus: ut digitus ille anulo tanq̃ corona circun daretur: Quod quidem anulo utriusq; cõiugis amor coniungi solet. ¶ Cæterum: quia nihil est remuneratione beniuolentiæ: nihil uicissi tudine studiorum: officiorumq; iucundius: Eximii utriusq; iuris doctoris Dñi Ioannis Baptistæ hodierni sponsi noie gratias ago oibus: quales merito agi debent. Cum uestræ prudentiæ has suas nuptias magna ca terua & nobili honestauerint. ¶ Reliquum est ut ostendã: illa quidem huic matrimonio inesse: quæ in optimis esse debent. Sunt eni q̃ttuor illa: quæ in eligendo marito spectari solent: Virtus Genus/ Pulcri/ tudo Sapientia. Item quæ in eligenda uxore quattuor: pulchritudo Genus/ Diuitiæ: Mores. Quo circa alter ab altero cõiugali amore ita teneat: ueluti a. C. Gracchó sua Cornelia: & a Porcia Brutus suus. An/ nos uero iisdẽ: uobisq; oibus felicissimos oẽs ad senectutem usq; Li beros plurimos atq; optimos & locupletes Superi ipsi cõcedant. Dixi. Sponsis necessaria quattuor

¶ Conuiuium quid. Prisci conuiuii consuetudo. Conuiua rum numerus: Conuiuii res quattuor necessariæ. Cõuiuarũ sermões & lectio. Qui ciborũ uiniq; uarietas noceat. Tit. vi.



Vm mei exiguas ingenii uires animaduertam Colendi pa tres: omnipotẽtis gratiam piæq; Virginis opem imploro. Non enim Gorgias sum leontinus: qui se ad oĩa: de qbus quisq; audire uellet: eẽ paratum denũciabat: Differã igitur Quid cõuiuiũ: Quæ prisci conuiuii consuetudo: Qui conuiuarũ nu merus. Quæ res cõuiuio necessariæ: Qui cõuiuarũ sermones & lectio: Quid ciborum uiniq; uarietas noceat. Intendite oro perdiligenter.

¶ Cõuiuium Maiores nominauerunt accubationem epularem amico rum: quia uitæ cõiunctionẽ haberet. Quod idem Græci tum Sympo sion. i. cõpotationem: tum Syndipnon idest cõcœnationem uocant. Conuiuiũ symposiũ syndipnõ

¶ Solemni autem cõuiuio preter cognatos & affines nemo interpo nebatur: ut siqua inter necessarias personas querela esset orta: apud sa cra mensæ/ & inter hilaritatem animorum: fautoribus cõcordiæ adhi bitis/ tolleretur. Inuitati ad cœnam iuuenes diligenter quærebant: quinam ei conuiuio essent interfuturi: ne senioris aduentum discu/ bitu præcurrerent. Sublataq; mensa priores consurgere/ & abire patie bantur. Ex quibus apparet: cœnæ quoq; tempore quã parco & quam modesto sermone iis presentibus soliti sint uti. Maiores natu in conui uiis ad tibias egregia superiorũ opera carmine cõpræhensa pangebãt: quo ad ea imitãda iuuẽtutẽ alacriorẽ redderẽt. Lege Didia iubebatur: ut nõ soli/ q prandia cœnæ suæ maiore sumptu fecissent: sed ẽt q ad eas uocati essent/ atq; oino interfuissent: pœnis legis tenerentur: Imperari etiã cœpit: ut patentibus ianuis prãsitaretur: & cœnitaretur: ut sic occu iuuenes ĩ conuiuio Maiores natu in cõ uiuio Cõuiuii Lex Cõuiuii Ianuæ

lis ciuiũ testibus factis Luxuriæ modus fieret. Fœminæ aũt cũ uiris cu bantibus sedentes cœnitabant. Mensam uacuã tolli non sinebant: sed omnino quũ aliqd ẽt superesset quia urbanũ, atq; elegans putarẽt cõ primere: atq; inhibere appetitũ: & iam quũ uoluptate perfrui liceret: Minus enim quod abest cupiunt: qui p̃sentibus atq; paratis abstinere consueuerunt. Vel seruo℞ gratia: qui certe nõ ita gaudent: si accipiũt: q̃ si participes fiant: q; mensam sibi cum dominis cõicatã esse putant. Vel quia nihil sacrũ inane ac uacuũ esse decet: Mensa uero sacra est. In Græco℞ autẽ cõuiuiis post cœnam olim circũferebatur Lyra. Cuius quũ se imperitum Themistocles confessus esset: ẽt habitus indoctior.

Cõuiua℞ numerus

¶Præterea. M. Varro in Satyris Menippæis dicit Conuiuarũ nume℞ incipere oportere a gratiarũ numero. & progredi ad musa℞: idest p̃fi cisci a tribus: & cõsistere in nouem. Vt quũ paucissimi cõuiuæ sunt: nõ pauciores sint q̃ tres. quũ plurimi: nõ plures q̃ nouem. Nã multos inqt esse non cõuenit: q; turba plerũq; est turbulenta: Sic Varro edocuit: In nostro uero conuiuio & si cõuiua℞ numerus ingẽs fuit: nullæ tamen dissensiones interuenerũt: q̃ de re & diis gratias ago: & uestris hũanita tibus: quæ ita se gesserũt: ut summa hic pax & bẽiuolẽtia nõ defuerit.

Cõuiuiũ ex q̃tuor rebus

¶Ipsum deniq; cõuiuiũ cõstat ex rebus quattuor: & tunc est oĩb[9] suis numeris absolutũ. Si belli homũculi collecti sunt Si lectus locus. Si tẽ pus lectum. Si apparatus nõ neglectus. Quæ certe oĩa & hic affuisse quis neget?

Cõuiua℞ sermones

¶Nec loquaces aũt conuiuas: nec mutos legere oportet: qa eloquẽtia in foro: & apud subsellia: Silẽtiũ uero nõ in cõuiuio sed in cubiculo esse debet. Hinc legimus Theophrastũ illi q in conuiuio penitus tacebat: dixisse: Siquidẽ imperitus es: prudẽter facis: Sin uero peritus stolide. Sermões igitur ad tẽpus hẽndi sunt: nõ sup rebus an xiis aut tortuosis: sed iucundi atq; inuitabiles: & cũ q̃dã illecebra & uo luptate utiles: ex q̃bus ingeniũ nostrum uenustius fiat atq; amœnius.

Dñs cõuiuii

¶Dñm uero cõuiuii esse oportet: nõ tam lautũ q̃ sine sordibus: Et in

Lectio qualis

cõuiuio legi nõ oĩa debẽt: sed ea potissimũ quæ simul uitæ utilitatib[9] conducant: & delectent.

Ciborum uarietas

¶Illud ulterius ẽt atq; ẽt moneo: ita esse uitã dã cibo℞ uarietatẽ: ut uaria solẽt uina uitari. Quis. n. ambigat eũ: qui

Vina uaria

diuerso uino utitur: in repentinã ruere ebrietatẽ? Qui uero simplicẽ ci bum sumit: facile quo succo uel corpus eius iuuetur: uel grauetur: usu docente cognoscit: & ita fit: ut noxa cuius causa dep̃hensa est: facile ui

Cib[9] simplex

tetur. Qui aũt multiplici cibo alitur: diuersas patit̃ qualitates ex diuer sitate succo℞: Hinc morbo℞ scaturigo: q ex repugnãtiũ sibi humo℞

Cibus multiplex

discordia nascũtur. quin ẽt nõ oĩa simul cõcoquũtur: sed alia celerius tardius alia: & ita fit: ut digestionũ sequentiũ ordo turbetur. Ve℞ ideo uaria uina uetant̃: qa potus ut natura leuis mox altũ petit: & cerebrũ

quod i uertice locatum est ferit fumi calentis aspergine & calore tam diuerso q̃ subito cõsilii sedẽ sauciat. Hæc protuli ut apud oẽs constet cibi & uini uarietatẽ corpori atq̃ mẽti obesse. Simplicẽ uictũ utriusq̃ saluti cõducere. De Matrimonio quoq̃ aliqd dicere oporteret sed cũ alias multa de eius materia uestræ audierint prudẽtiæ ne longiori sermone tædio illæ afficiãtur silere cõstitui: Vbi aliq̃ de gratia & actionib⁹ dixero. Itaq̃ Spõsi noĩe sanctũ ueri dei numen ẽt atq̃ ẽt oro. dignet uestris in eum meritis & officiis dignas referre gratias: Cum ipse non ualeat: Et si agere & habere dum uiuet nunq̃ desinere possit. Dixi. Varia uĩa

¶De Priscis Nuptiaꝝ moribus: ubi illa narrant̃: uidelicet: Nuptiæ unde dñr: Pudicitiæ simulacrũ. Pueri tres nuptæ comites: Cur cære qnq̃ in nuptiis. Cur nuces. Cur maritus uxori noctu coniungi solet. Cur sacramẽto ignis aquæ nuptiaꝝ fœdera sanciunt̃. Cur Vini usus oli fœminis interdict⁹. De sacello Viri placæ deæ. De auspicibus & panymphis & ꝓnuba. Cur limen nõ tangebat̃ a nupta. Cur Thalassii nomẽ repetebat̃. Cur olim uxores nihil coquebant. Cur cingulo noua nupta ꝑcingebatur. Cur postes lupino adipe ungebantur. Curnam tris asses ad uirum nupta ferret. Titulo. vii.

bilem prebens:ut iuniores alii gradus benignum & humilem conſe-
cuti/uita & teſtimonio ſacerdotis poſſent exurgere.Erat & gratus oĩ-
bus a cunctiſq; ut pater colebatur & uenerabatur . Et quia ſacrificium
ſalutare eſt:attendere mãdatis/ab omniq; iniquitate diſcedere boni- Sacrificiũ
q; mores turpibus corrumpuntur : Ideo delitias omnes: & lepores & ſalutare
riſu dignas urbanitates : cæteraſq; amatorum ineptias deteſtabatur.
Repellebat & illos omnes:in quibus male conuerſationis ſuſpicio eẽ
potuiſſet: Mulierum conſortia & ſocietatem potiſſimum illarum eti Suſpicio
am:quæ de genere ſuo erant: ubi enim unius eſt tabernaculi cõuerſa-
tio:carnis non facile tollitur oblectatio. Amabat inde precipue caſti-
tatem : ſine qua noſtra opera placere non poſſunt. Eſt enim Caſtitas
ornamentum nobilium:exaltatio humilium: Decus ſanctæ noſtræ re Caſtitas
ligionis:Diminutio criminum:multiplicatio meritorum: dei amica:
angelorum cognata: Martyꝝ auxilium : Virginũ ſpeculũ Viduæ re-
fugium:Cunctoꝝ bonoꝝ gaudiũ & ſolamen. Orabat & ꝓ inualidis:
ꝙ oratio iuſti aſſidua multum ualet.& poteſt apud deũ: totiſq; uirib⁹ Oratio iu
nitebat canonicis horis cum deo loqui: Q̃m ante tempus orare:pru ſti
dentis eſt:cõſtituto tempe obedientis :omiſſo orandi tẽpore ſumme Orare
negligentis.Non murmurabat: Nõ detrahebat: Nõ inuidebat alicui.
Inuidia nãq; uirtutes omnes bona omnia diſſipat: mala oĩa gñat:oĩ Inuidia
uitio peior:omni peſte crudelior.Non ꝓteruus erat:nõ iracũdus:non
turpis lucri appetitor : ꝙ omne lucrũ a præſbyteris dẽt eſſe alienũ:nõ

gloriam q̄rebat:non honores Et si ep̄i uicarius uelit erno clero p̄esset Raro in foꝝ se cōferebat:mortuos sine p̄tio sepeliebat. auaritiam sub mergebat p elemosynā:Supbiā p hūilitatē & patiētiā:Luxuriā p ab stinētiā.Luxuria siqdē est/pessima uirtutū destructio:uitioꝝ fossa:charitatis pditio:bonorum & crumenæ euacuatio:cuius dulcedo mox ī amaritudinem grauē cōuertitur:p luxuriam pax destruit: homicidia fiunt:ciuitates cōbustæ sunt:regna perdita:& oīa mala eueniūt.Conuiuia seculariū uitabat eoꝝ maxime:qui honoribus tumēt:q Sacerdos dei minister & seruus est: sed tunc uere/si sobrie/si iuste/si pie & caste uixerit:Nunq̄ uinū redolebat:q uinolentos sacerdotes & Apostolus damnat. Erant ei ieiunia pura/casta/simplicia/moderata/non supersti tiosa: nā fortissimū ieiuniū est aqua & panis. Visitabat languentes & miseros:Nec solum oculos castos seruabat/sed mentē & linguam:q oblationū uota & sacrificia reprobant:nisi purus & sanctus fuerit aius offerentis.Nunq̄ de mulieꝝ formis disputabat: q potissima clericoꝝ tentaméta sunt mulieres.Pontifici suo subiectus erat atq obediens:q oī oblatione & hostia p̄tiosior est obtempantiam mādatoꝝ dicente pphā:Ecce obedientia melior est q̄ sacrificiū. Quibus qdem uirtutibus illū adiit patrē Antiochus uita defunctus qui nunq̄ moritur.Et q ideo uiuēs mortuus est:ut nos mortuos uiuificaret:Iā uale Antioche/Spes/Fides/Charitas & oro tua christo te sociāt felix igitur:nanq bonoꝝ merces plurima est in cælis.Dixi.Reliquum est &c.

Luxuria / Sacerdos / Ieiunium / Oblatiōes / Mulieres / obediētia

¶In funere sacri theologi Pauli Callarii:ubi aliq̄ de obediētiæ bono. de Abstinentiæ Virtute/& pauptatis: De orōnis frequētia.De tempe rato cibo.De mulieꝝ fuga.de pacis uirtute.de Resurrectōis felicitate. de Leonardi Coni Summi Theologi laudibus.Titulo.xii.

NE queo sine gemitu eloqui: & hærentem linguam uiscera commota non laxant inclyti ciues.Video enim nos Paulo Callario theologorum sūmo priuatos. Qui certe non domus/non familiæ non frūm: non possessionum: non alicuius rei/quæ ad seculum pertinet memor cælestis aulæ desiderio ductus/monasterium petiit: ut parua dimittens grandia possideret: nam centuplicato fœnore christi promissa redduntur. Viuebat itaq illic sub unius disciplina patris consortioq multorum:ut ab alio humilitatem/ab alio patientiam/ab alio silentium/ab alio mansuetudinem disceret.Antistitemq monasterii timebat:ut dominum: diligebat ut parentem.Credebat & salutare sibi quicquid ille præceperat.ita iussis omnibus obsequebatur: q obedientia uirtutum omnium custos est:quæ cælum aperit: inferna claudit. Nec unq̄ solus extra monasterium procedebat: Nec ullus Iuuenum fratrum sano & firmo

obediētia

x

corpore Tantæ se dederat cõtinétiæ: quantæ ipse fracto & senili debi liqȝ corpusculo. Affligebat enim corpus suũ uerberibus: uigiliis: absti nẽtia æscæ & potus. Nã magna & admirabilis est abstinentiæ uirtus: p quã hoĩes filii dei efficiunt: uitia expellunt: p quã aiaꝝ salus/ & Cor poꝝ sanitas possidetur. Peccãtem fratrem cũ oĩ mansuetudine & sine mora rephẽdebat. Amabat oĩ affectu pauptatẽ: ipsa enim est sanctoꝝ possessio beatoꝝ uita: fidelium securitas: clericorumqȝ ornamentum. Non discurrebat p compita/ & plateas: ut multi solent: ne Monachus esset inter seculares: ne inter monachos secularis. Erat ei conuiuium/ Lectio/ Quies: Cogitatio Christus. Vnde cupiens saluus fieri/ & san ctoꝝ cõmertio frui: fugit homines: fugit mundum & pompas eius: qꝛ nemo deo militans se negociis secularibus implicat: cum mundus in maligno sit positus. Orabat & pro defunctis: ut dũ fuerint in æterna uita: pro eo ediuerso orarent. Iugibus autem oratiõibus dies noctesqȝ iungebat: illud implẽs psalterii: Lauabo p singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratum meum rigabo. Ita leuia peccata flebat: ut illũ grauissimoꝝ criminũ reum crederes Mane: hora Tertia/ Sexta: Nona: Vespere: Noctis medio: per ordinem Psalterium decantabat. De scrip turis sanctis quotidie aliquid ediscebat aliisqȝ explicabat: Eorũqȝ salu tem lucrum animæ suæ faciebat. nihilqȝ aliud loqbatur: nisi quod ad dei laudes ptineret. Disputantem cuncti admirabantur: Prædicantem oẽs adibat: seu Romæ: seu Venetiis/ seu in Patria: seu alibi concionem haberet: Tantus erat in lingua nitor: Tantus in ore Lepor: Tanta Ge stuum gratia: Tanta Reꝝ doctrina: Tanta deniqȝ Morum & Vitæ fa ma & Sanctimonia. Ex quo enĩ cœperat diuino cultui deseruire: Car nibus & Vino semp abstinuerat: ppter Libidinis quidem ardores: qui ex iis nascuntur. Oua quoqȝ uitauerat dicens esse liquidas carnes. Nec cibos ante sumebat: nisi oratiõe præmissa: Nec recedebat a mensa: nisi ageret gratias creatori. Crapula & ebrietate: & curis huiusce uitæ cor suum nõ grauabatur. quoniã modicus & tẽperatus cibus & cœnula: carni & animæ frugi est & utilis. Venterqȝ mero æstuans facile in libi dinem spumat. Erat igitur Holerũ & Pomorum & Leguminũ appa ratu contentus: qꝛ & facilior: & arte ĩpendiisqȝ cocoꝝ non indigeret: Et Oppidum Carcer: & solitudo Paradisus erat: Hinc oĩbus mundi negociis: curisqȝ sepositis: semper in tẽplo erat: diebus & noctib⁹ deo seruiẽs in terra positus. Ardentesqȝ dæmonũ faces Ieiunioꝝ & Vigilia rum frigore ristinguebat. Ideoqȝ impollutus fuit/ Virginitatisqȝ ppe tuæ: qꝛ grati sunt deo omnes immaculati. Nec unq̃ Hospitiolum suũ Mulierum Pedes terebant: Reminiscebatur enim paradisi colonum muliere eiectum. Quocirca se nuũq̃ mulieribus miscuit: adeoqȝ illas

Abstinentia

Monach⁹

Oratio p defuncti s

Orare

Mensa
Cibus
Cibus

ĩmaculati

obhorrebat:ut raro cognatas & ꝓpinquas uideret: Cum Fratribus oī
Pax bus pacem hēbat:q̄ domū uel mentem in qua pax dominat: dæmon
intrare nō ualet: Et qui pacem Cordis: Oris: & operis nō hēt: Christia
nus dici non debet. Eius cubile foliis cōtextum erat: ad quod sane las
sus adhibat: nec dum expleto somno feruens surgebat: Tepidū enim
Discipul⁹ discipulum nō amat Christus. A quo quidē Paulus Callarius ciuis no
ster: theologoꝝ & patriæ decus: iā reuocatus ē: ubi & lætus & gaudēs
interest agminibus Angeloꝝ. ¶ Sed fixum nostris animis hærere de
bet: Nos quū hinc exierimus aliquādo ad Corpora nostra esse reditu
Resurrectio generalis ros: Et animæ iterum & corporis diuortiū coniugaturos: ad statū pul
chritudinis decoreq̄ renouādū. Erit enim tūc caro sine terra: Corpus
sine doloris sensu: Anima sine metu: Vita sine fine: Aetas sine tpe: Lux
sine nocte: Beatitudo ꝑpetua. Idq̄ erit sanctis reges id oblectamentū:
id uoluptas: id delitiæ. Est ergo dolori modus & lachrymis adhiben
dus: Cum eius Pauli & corpus lucidius: & animā beatiorē: qn̄q̄ uisuri
simus. ¶ Restiteritq̄ nobiscum nec eo inferior: neq̄ indoctior neq̄ de
terior: sed par in oibus Leonardus Conus: ut ille ciuis nr̄: ut ille sūmus
theologus: nec cuiq̄ secūdus ut ille diuo Francisco deuotus. ut ille reli
Leonard⁹ Conus gionis columē: Scimus enim disputātibus eis theologos cæteros uix
hiscere ausos. Cuius Leonardi uirtus: doctrina: mēoria uita: sapientia/
linguæ lepor & gratia non Italiæ tātū: sed toti Galliæ/toti Hispaniæ
toti Britāniæ iam diu patet. Qua ꝓp numina cuncta oro ac obsecro &
Leonardo ipsi: & nobis omnibus: hic longiorē feliciorēmq̄ uite sta
tum concedant: Ibi uero sanctorum Martyrum beatiudine frui. Qua
certe nunc Paulus Callarius & gaudet: & lætatur: & fruitur. Dixi.
Reliquum est &c.

¶ In Funere Clari præceptoris. Vbi aliq̄ de discipuloꝝ eruditiōe. De Inuidia. De Castitate. De rephēsiōe: De Ira De cruce. De inocētia. De maloꝝ solatio. De patiētia. De philosophis & poetis De tolerātia. De uigiliis. De lege uitæ & mortis. De duab⁹ Vitis Titulo tertio decimo.



Vid Lachrymaꝝ: quātos gemitus: quid doloris effundere debeā uiri præstantes neminem sane latet. Obiit: n. optim⁹ ille nostroꝝ puberum: nostroꝝ adolescētiū, nostroꝝ iuuenum moderator Lælius. Quē ego unice diligebā: q̄ nihil erat illo grauius: sanctius: doctius: Cum & acri & magno ingenio: Parcus in uictu: Modestus in cultu esset. Cuius interitu merito ciuitas uni
Discipulorū eruditō uersa & luget & mæret. Nam ita discipulos erudiebat: ut dei templum
futuri essent: ut nihil audirēt nihil loquerent: nisi q̄ ad dei timorem
pertineret. turpia nō intelligerent: piurium atq̄ inuidiā diligenter ca
Inuidia uerēt. Inuidia siquidē oia mala generans: cōcordiā dissipat. Est autem

ax aliẽis cõmodis animi dolor: Quocirca nulli inuidet bonitate prae ditus. Docebat eos: silentium: sermonẽ: incessum: habitum: moresq; describens. Turpe uerbũ de eius ore nunq̃ exibat: q̄ animi imago ser mo est: nam q̃lis uir talis oratio: Vñ: & fatuus fatua loquit᷑. Loquaces arguens: tacentes maxime p̄dicabat. Eius sermo erat copiosus: uarius: dulcis: & qui repugnãtes quoq; duceret & impelleret. Nihil ab eo disci puli audiebant: nisi ꝓfuturũ: nihil discebant: quod nescisse rectius fuis set. Magister erat sanctæ cõuersationis: multorũq; castitatẽ: lucrũ suũ faciebat. Castitas enim uirtus est: quæ nos deo cõmendat: quæ nos an gelos facit. Ipsius autẽ uiuendi norma cæteris omnibus exẽplum erat uirtutum. Nam q̃cunq; discipulos admoneret: prius ipse faciebat: ne opera sermonẽ suũ cõfunderent: dum in schola loqueretur: ubi taci tus quisq; responderet: cur ea quæ doces non facis? Et qua liberalitate peccantem corripies: cum tu ipse eadem quæ in alios rep̄hendis admi seris: sitq; turpissimũ: quod obiicitur: in obiiciẽte cognosci. Itaq; omni uirtute & sanctitate refertus discipulos suos magis exemplo q̃ uerbo docebat. Cum esset in eo summa religio: summus in studio ardor: ma gna oris modestia: magna fandi suauitas: mirus amor in studiosos: Multis enim uirtutibus abundat: qui alienas amat: mira in oẽs mãsue tudo: Nam muliebre est furere in iram: Et qui Iracundiam uincit ho stem superat maximũ: qua ꝓpter iracũdos blanditiis adibat: Lenes & mansuetos correctione: Cõuicia inter se iactantes sermone lenissimo placabat. Damnũ appellabat cũ mala fama Lucrum. Suiq; reminiscẽs in homine calamitoso pius erat: sciens elemosynam: non tam accipiẽ ti: q̃ tribuenti ꝓdesse. Qua de re omni opere: omni labore: oĩ gratia: miseros adiuuabat. Quem egrediẽtem hospitio: armabat oratio: Cui etiam regrediẽti occurrebat oratio. Cuius in oĩ actu: in omni accessu: crucem manus pingebat. Nam crucis signum dæmon in fronte inspi ciens: cõ tremiscit. Nec ullo pacto imitabatur illos: qui sub christiano nomĩe gentilem uitam agunt. hinc eius pueri nihil in cõtubernio suo: nisi sanctũ honestumq; uidebant. Nullum offendit unq̃. q̄ inter sum mas hominum uirtutes Innocentia numeratur: quæ iusto & sapienti uiro propria est uirtus. Nullius nomen suis carminibus maculatum est: q̄ ab altero expectes: alteri quod feceris. Nec ipse aliis detrahebat. nec alios audiebat detrahentes. Malorum enim solatium est bonos carpere. Vnde inuenti sunt scioli tãtum ad detrahẽdum: qui eo se do ctos ostentare uelint: si cunctorum uitam lacerent. Inde fieri quidem non potest: ut absq; hominum morsu uitæ huius curricula quis per transeat: Cum etiã oẽs sancti æmulos habuerint. Ipseq; deniq; Læ lius æmulorum mendacia summa cum patientia ridebat. quod nul

Verba

Castitas

Alios rep̄hẽdẽs

Ira

Lucrum

Elemosyna

Oratio

Innocẽtia

Maloꝝ solatium

Patiens

Patientia lus beatus esse poterit: nullus cælorum ciuis efficitur: nullus dei amicus erit: qui iter mala patiens non inuentus fuerit. Patientia enim/ quæ dei donum est/ cuncta uincit aduersa: & dolor omnis patientia uincitur. Est nanque malorum: quæ aut feruntur/ aut accidunt/ cum æquanimitate perlatio. Hinc etiam laboris patientissimus erat/ docens discipulos tam

Diligentia diligenter & fideliter quam libenter. Nam sicut uniuscuiusque optimi operis

Impatientia mater est Diligentia: ita uniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est Negligentia. Vtque per impatientiam omnia destruuntur bona: ita per patientiam bona omnia generantur: iniquitates omnes in profundum demerguntur. Eum discipuli ut parentem uenerabantur: Ipse in omnes parentis affectum exhibuit. Indociles & tardos sæpius admonebat. Obiurgationi semper aliquid blande admiscebat: illos maxime damnans: qui in aliquo reprehendentes/ latrant ut Canes: Deuorant ut Leones: Do

Amicitia lent ut Parturientes. Peccantem secrete prius/ exin pertinacem coram omnibus arguebat: Quo & cæteri formidarent: Vera enim amicitia quæ sentit dissimulare non debet quod amici uitia/ qui fert/ sua facit: Et peccandi

Solemnia consuetudo peccantium multitudinem auget. Quem uero diligit dominus: corripit: Dies solemnes non tam ciborum abundantia/ quam spiri

Cœna tus exultatione deuotissime celebrabat: ualde enim absurdum est/ nimia satietate martyrem honorare: quem scias deo ieiuniis placuisse. Hinc eius cœna expedita & parca erat Socraticis tantum sermonibus abun

Philosophi dans: in quibus et modus inerat. Affluentibus bonis honeste utebatur: hoc est modeste/ sobrie temperate: pie: Diuina lectione feruebat: Quan

Poetæ do uero philosophi: quando in manus suas libri uenerant sapientiæ sæcularis: si quid in eis utile reperisset: ad Christi dogma conuertebat. Si quid autem superfluum De idolis: De amore: De cura secularium rerum id unguium more Ferro acutissimo eradebat. Aliorum ærumnas & dolores: propria existimabat: Erat enim natura mitis/ exemplumque pietatis. Ante pœnitentiam bene uiuebat: post pœnitentiam melius. quod ex omnibus uix unum aut alterum tanta probitate inueneris. Possessiones uariam supellectilem: argentum: aurum: sperne bat: Sunt enim maxime diuitiæ non desiderare diuitias. Nihilque ma

Magnanimus gnum est in rebus humanis: nisi magna despiciens animus. Pacem cum omnibus: Bellum cum uitiis habebat. Ferebat & sapienter quod immutari non po

Tolerantia terat. Tolerabat & difficilia: quo facilia leuius ferret: Nam magni animi est

Iniuriæ proprium: & tranquillum esse: & iniurias atque offensiones semper despicere: quarum quidem remedium est obliuio. Idque agebat/ neque eum merito suo odisset. Nec

Locus aliter in solitudine aliter in foro uiuebat: quod nullum putaret esse locum sine teste. multo tempore multo studio & labore: multis uigiliis didicit: quod doceret: libentissime namque ocium suum in literis collocabat. nec priæ præceptoribus tantum contentus: & romæ & uenetiis: & alibi plures audiuit clarissimos: ut plu

riū mores

riũ mores hoĩm/plurima loca uideret: ficq̃ doctior & acutior & aptior in docẽdo esset itaq̃ sũma ĩ eo dicẽdi facultas/copia/hubertasq̃ inerat. Nũsq̃ astrictã & solutã orõnem optime cõponebat. poetã siquidem nosse nõ põt nisi q carminũ pitiã hẽt: & phõs nõ itelligit: nisi q dogmatũ uarietatẽ nouit. Nec solum poetis historicis/& oratoribus sed platoni/sed aristoteli/ sed Lactantio/Hieronymo/Aurelio/ cæterisq̃ tum latinoꝝ tum Græcoꝝ magnis ingeniis incumbebat: Itaq̃ ẽt siderũ motus cursusq̃ stellarum docili animo sumpserat: Geometriæ multiplices numeros: cælestium obseruationum rationẽ percæperat. Insomnes orationibus ducebat noctes. Sacras uigilias oratiõibus/& hymnis lectionibusq̃ celebrabat, ut uigilando & orando purgaret: beati enim sunt serui illi/quos dominus inuenerit uigilantes. Nec uerbis tantum sed corde orabat. Quoq̃ Die Martyrum templa adibat: Vt sacrificio/ut concionibus interesset: Nam beati qui audiunt uerbũ dei/& custodiunt illud. Crudelis aũt & dura mors illũ patriæ nobisq̃ & amicis omnibus/quoꝝ desideriis amicissime obseq̃batur: abstulit, ꝙ lex uniuersalis est: quæ iubet nasci & mori. Sed qua temperantia/q̃ ẽt constantia nouissimam ualitudinẽ tulerit: medicis semp obsequẽs/quis non miretur? oẽs certe admirabamur. Verũ id egit: ꝙ in eo magnus erat catholicæ fidei speiq̃ feruor: Vnde eius ultia uerba fuerunt illa: Domine neq̃ secũdũ peccata mea/neq̃ secundũ iniquitates mihi retribue: sed parce dñe: parce: Pœnitet enim me facti dictiq̃ ẽt Ociosi. Post hæc aĩam creatori sine gemitu reddidit: Nobis oĩbus humi prostratis atq̃ attonitis. Illud præterea hoc in loco adiiciam: cum nobis denegatum sit diu uiuere: relĩquendũ aliquid esse: quo nos uixisse testemur: ut & Lælius egit. Nam scripsit opera pulchra/uaria/elegãtia/pura quæ maxime cuncti probant Quam ob rem non patriæ tãtum: quam omnibus quidem rebus augeri cupiebat: maxime tamen ciuiũ numero: sed alienis ẽt ciuitatibus gratus & iucũdus/a studiosis uidi ꝙ petebat. Cuius sane uiuendi formam præceptores alios ut sequant & hortor/& moneo. Licetq̃ multis periculis/laboribus/cõtumeliis/molestiis/ludibriis/sit obnoxia uita longior: Læliusq̃ breui labore nunc æterna beatitudine fruatur: Ego tamẽ ut maximi/ut clarissimi: ut lõge utilissimi ciuis morte doleo/tristor lugeo, amisi.n.amisi uitæ speculum & Nauiculæ magistrum: Quo nihil unq̃ amabili⁹: nec modo lõgiore uita/sed pene immortalitate dignum uidi. O triste plane/acerbumq̃ funus: nostrum gaudium/quo mærore mutatũ est? Vtrũ ꝙ homo duabus rebus constare dicitur: Corpore & Anima: Quorũ alteꝝ Terrenum est: alterũ uero cæleste. Duæ uitæ homini attributæ sunt: Temporalis una/quæ corpori assignatur, altera sempiterna: quæ

Poeta Philosophus

Vigiliæ

Lex uitæ & mortis

Opera

Vita longior

Vita duplex

animæ subiacet. Illa terrena est; sicut & corpus: ideoq; finit. Hæc uero cælestis; sicut est anima: ideoq; terminũ non hét. Viuit ergo Lælius: nõ periit ut putabaris. Quam sentẽtiam & Phocylides ita confirmat. Vita breuis nobis: ad tempus uiuimus omnes: Ast animus mortẽ: se/nium q; ignorat: & idem Viuit in æternum. Dixi. Reliquum est &c.

¶ In Funere Studiosi discipuli: Vbi aliqua de parentibus De studio sis. De obeso. De luxuria. De pudicitia. de mundi malis. De sapiente. Titulo decimoquarto.



I unq̃ Adolescẽtis obitu lachrymas fudi: si unq̃ suspiria imo pectore traxi ciues clarissimi: Nũc maxime Dionysii acerbo funere lachrymari: gemere: et tristariq; debeo. Occur rit.n. Quid in illo uirtutis: quid ingenii: quid sanctitatis: quid puritatis esset. Nam præstabat parentibus pietatem: Cognatis di lectioné. Parẽtem si æquus erat, amabat: si aliter patiebatur. Peccare in nocentia nõ metu cessabat: Assuetus audire libentius q̃ loqui. Erat illi facies liberalis: ingẽua totius corpis pulchritudo: mira dulcedo. mira hilaritas. comitate iuuenis: Grauitate senex: Nihil unq̃ nisi consilio sa pientissimi faciebat: Erat igitur imbutus Honestis artibus. Ne enim a Clarissimis & Optimis parẽtibus suis degeneraret: quãto labore pote rat enitebatur eorũ pietatem: Religionem: Fidem: Integritatẽ: Cõstan tiam atq; Modestiã assequi: semp ex bonis meliora: ex melioribꝰ opti ma eligens. Clarissima & suauissima uoce recitabat: multosq; uno im petu spũs uersus complectens. itaq; cupidi ad eum audiendũ concurre bant: cuncti admirãtes tantam in adolescente uim gratiamq; dicẽdi: Qua ꝓpter tali ingenio delectati eum plurimũ sicut merebatur. ama bant. Vtq; maiorũ suorũ uestigia qui recte ꝓcesserant: assequeret: Vtq; sapiens Filius gloria patris eẽt: Magistrorũ sapientiæ Limina terebat. Nec ipse docebat se: q; nulla ars ĩ litteris absq; magistro discitur: Nec minima contemnebat: q; nec cito ad maiora ꝓgreditur: qui ẽt parua formidat. Illosq; maxime arguens qui parua doctrina elati discere de sistũt: sic q; paulati ex eo: cui nihil adiiciũt: decrescit ut uacui penitꝰ di sciplinis inuẽiant: Ferrũq; quod acutũ fuerat hebetet. Ipse crebrius le gebat discens q̃ plurima: Et tenenti codicem somnus obrepebat. Qui enim litterarũ sciẽtiam habere desiderat: nisi discẽdi tædia suscæperit: doctrinæ laudẽ adipisci nõ poterit: Et qui sapientiã & disciplinã nihil pendit: ĩfelix est: & eius opa inutilia. Solitudinem quærens: Ciuiũ mul titudinẽ. ne cum nocẽtibus uersaret: effugiebat: Diuinarũ ẽt scriptura rum ardor incredibilis ei: Tantaq; continẽtiæ fuit: ut prope modum excederet: & corporis debilitatẽ minimo uictu nimioq; labore & stu/dio cõtraheret. Eoq; maxĩe id agebat: q; illi minus solertes qbus obe-

Parens

Filius
Ars

Parua for
midans
Elati

Litterarũ
cupidi

Venter
obesus

ſus uenter:pinguis.n. uenter tenuē ſenſum nō gignit. Cæſariem cala
miſtro nō criſpabat:ſed pudicitiā habitu pollicebatur:ꝙ nulla uirtus: Luxuria
nulla bonitas:nulla ſapia:cū luxuria ſtare pōt:nulla iuſtitia:nulla laus Pudicitia
ſed ois puerſitas in ea regnat: At pudicitia uiroꝝ pariter & fœminaꝝ
eſt præcipuū ornamentū.Itaqꝫ ſeſe illi tradebat: cuius ſermo:habitus:
& inceſſus:doctrina uirtutū erat:Et eruditis cōtentus auribus:qd īpe
ritoꝝ de ingēio ſuo rumuſculi iactitarēt:magnope nō curabat:Incre
pātis uerba hūiliter accipiebat:Nā ingenia liberaliter educata facilius
Verecundia q̄ metus ſuperat: Et nobilis equus uirgæ quoqꝫ umbra re
gitur.tam ꝓbus deniqꝫ:itā eruditus adoleſcens:q oia tpum momenta Virga
ad pcipiendam & exercendam doctrinā cōtulerat:nā ita ſe mirificum
doctrinæ opibus addixerat:ut i mēſa quoqꝫ cibum cape obliuiſceret:
& ita doctrinæ cupiditate flagrabat: ut ubicūqꝫ ſapiētū libros ſecū ha
beret:imaturo funer parētis aium cōſternauit. Eoqꝫ magis. ꝙ unicus
raptus eſt fili⁹:qd durū qdē ſed tolerabile Ille.n.q dederat de tenebris
ad lucē ſubſtulit:ubi uitæ ſpatiū breuis æterna memoria cōpenſabit.
Quid fles qd optas igit? Eo iuit:quo oīa eūt:nihil ei noui eſt:Ad hāc Mors
legē natus erat:Id maioribus ſuis id oibus ante ipſum euenit: oibuſqꝫ
futuris eueniet:Mors.n.p oia it.Et q occidit cōſeqt occiſum.Reſurge
re tñ credimus nos & plāgimus.qd ageremus ſi mori tm̄modo pcipe
ret deus? Quod dederat aoſtulit:q creauerat. nihil ergo aoſtulit cuiūq Mundi
dignatus eſt recipe ꝓpriū. Deteſtādæ iccirco iam lachrimæ.quæ mo mala
do carent.ꝙ mūdus iſte ꝓmittit uitā & gaudium: quietē.honorē:ſed
donat mortē:mærorē:turbationē: diſcordiā metū: infirmitatē:riſum
cū fletu:duꝝ laborē:incertā lætitiā. nō eſt itaqꝫ mūdus iſte diligēdus.
In quo Adā p gulā:Loth p ebrietatē:Salomon p luxuriā corruit.Nec Sapiens
tamen ꝓhibeo lachrias naturales: quas naturalis neccitas exprimit ſed
aīus ſapiētis & nobilis ſtudet:ut luctus uincat ab aīo Itaqꝫ nō affligit
ſapiēs liberoꝝ amiſſiōe:nō amicoꝝ:eodem.n.pectore fert illoꝝ mor
tē:quo ſuā expectat. Mortu⁹ eſt iuuenis & robuſtus: oiqꝫ laude digniſ
ſimus.Qui ergo ſe ſtare putat:uigilet:attēdat:uideatqꝫ ne cadat. Dixi.

¶ In Funere Clariſſimi,medici:ubi aliqua de morboꝝ cauſis.De regno cælesti.,De ieiunio.De tolerantia. De ſapiētia.De ſupbia. De lugendo mortuo.Tit.xv.



T ſi defūcti amici deſiderio Ciues āpliſſimi Ita pmor: Vt
alioꝝ cōſolatione magis uidear indigere : q̄ meam alicui
poſſe pſtar: Tñ ꝓ uiribus enitar:In eius Laudē Aliq̈ e mul
tis afferre.Mira eni in Celio Prudentia : Ardens ingeniū
Culta Facundia:Liberaliū Artium ferme omnium Caterua:ſalutaris
Medicinæ petitia inerat, Siquidem ſeneſcebat quotidie aliquid edi

Morbo℞ causa | ſcens:itaq₃ diſputabat ſubtiliter/grauiter ornate/freqnenter.Ingeniiq₃ magnitudine multatūq₃ re℞ cognitione morbo℞ cās dephendebat. An ſcilicet fatigatio morbum/an ſitis/an frigus/an calor/an uigilia/ an fames fecerit:An cibi uiniq₃ abundantia:an intempetātia libidinis. Quid ſecundam : quid aduerſam ualitudinē faceret optime callebat.

Medicus optimus | Neq₃ enim quis ſcire po teſt: quomō morbos curare cōuēit: q nnde ii ſint ignoret.Ille igitur Recte curauerit : Quē prima Origo cauſæ nō ſefellerit:& cui notum fuerit: Quid morbum faciat:quid tollat: Iōq₃ diuinitate quadam ingenii/& ſolerti medendi peritia alter Hippocrā tes ſeculi ſui eſt hitus. Verum libentiſſime & dicebat & audiebat: Ad/ monenſq₃ ſecrete amicos: palam probabat: Amabatur inde a cunctis

Amici | plurimū:Nec uulgi tātum fauorem : ue℞ ēt principum familiaritates amplexus eſt:ꝙ nulla puſilla domus:quæ multos recipit amicos.Eius in manibus ſæpe diuina lectio:crebræq₃ orationes: ad oblectamētum enim & animæ inſtitutionē ſtatutis horis ſacram ſcripturam legebat. Hinc ei ꝓprium ſemp fuit illud:nihil cupere:nihil amare nihil deniq₃ ſpecioſum hēre q̄ innocētiā: q̄ Pietatem:q̄ Cæleſtium ardorē.Iccirco

Pius | Eſurientibus Cibum:Sicientibus Potū:Nudis ueſtem contribuit.Nā Beatus qui itelligit ſup egenū & pauperem: ut Pſalmus cantat. Ardē

Aeger | tiſſimo idem ſtudio ægrotos corpore & mente curabat : ſingulis illi dicens:Sanus es:Gratias age Creatori:Langues:Et in hoc lauda Dñi uoluntatem:Nam nirtus in infirmitate perficiť:Homoq₃ aduerſis exa minatur:Eiuſdem re℞ Doctrina uaria : medendiq₃ peritia exptiſſima (nam primus erat inter primos) Ducti clariſſimi Ciues & alienarum Vrbium Proceres ut Aegroti Corporis & Animi ſalutem recuparēt confeſtim ad ipſius opem confugiebant.Ipſe uero ꝓmptiſſim⁹ unum

Succurrēſ | quenq₃ adibat. Nā qui ſuccurrere perituro poteſt : quum nō ſuccurrit occidit:Adeoq₃ Diligēs erat. Vt priuſq̄ conaretur ægro adhibere me/ dicinam:Non ſolum morbū eius:cui mederi uellet : Sed etiā cōſuetu dinem ualentis & naturā corporis cognoſcebat.Caducos honores & Mundi gloriam ſpernens:Vigiliis:Ieiuniis Oratiōibus uacabat: ꝙ ad

Regna cælo℞ | Regna Cælorum nō ducit nos mundi gloria:nō diuitia℞ multitudo non generis nobilitas:non ſcientia:nō ſapientia:nō uerbo℞ facūdia: ſed ſola gratia Chriſti: & uirtus & opa. Vxore Vino & Carne ieiunii tēpore ſemp abſtinuit:Caſtitas.n.truncat Libidinem:Quæ ī Medico potiſſima uirtus.Ieiuniumq₃ eſt res ſancta. Opus cæleſte: Ianua regni

Ieiunium | futuri:quod bene cuſtodiens : Deo coniungiť quia ſpiritalis efficitur: Per ieiunium nanq₃ uitia ꝓſternūtur:Virtutes augentur : Humiliatur caro: Dæmonū uirtus ſuperatur.Familiarium rerū iactura : quā ſæpe

Fortuna | fecit:q₃ Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel ferme nihil dolebat.

Rectus enim atq; integer animus corrigit praua Fortunæ: Et dura at q; aspera: ferendi scientia mollit: Solatium nanq; est/ æquo aio pdere quod periturum est: Supuacuũ uero dolere/ si nihil dolendo pficias: Dicebatq; nihil propriũ esse: quod mutari possit: Et Auaꝝ damno po tius dolere q̃ Sapientē: q; Sapientia diuinaꝝ humanarũq; rerum insti tutio est. Itaq; procul ab eo fuit Auaritia quælibet & Supbia uirtutũ Nouerca/ Vitioꝝ mater/ Errorum magistra. Obiit tandem uir & arte & facundia insignis: Aegrotãtium salus: periclitantiũ portus & aura: Famæ præconia/ maximãq; autoritatē naturæ benignitate/ icredibili studio/ summaq; uigilantia adeptus. Heu nos infelices/ qui tanto præ sidio priuati sumus: Sed cur dolemus mortuũ quenq;: Cũ ad hoc nati simus/ Vt morte media maneamus æterni? Moses/ Petrus/ Ioannes/ Paulus electionis uas/ Et super omnia filius dei moritur: Et nos indi gnamur aliquē exire de corpore qui pꝑterea forsitan de media iniq/ tate raptus est: ne malitia eius intellectum mutaret. Lugeat mortuus: sed ille quem tartarus deuorat: ĩ cuius pœnam æternus ignis æstuat. Nos uero: quoꝝ exitum angeloꝝ turba comitat: quibus obuiã Chri stus occurrit: grauemur magis si diutius ĩ tabernaculo isto mortis ha bitemus. quia q̃diu hic moramur: peregrinamur a dño. Non mærea mus igitur/ Quia talem amisimus: Verũ Gratias Deo agamus/ quia habuimus: immo hēmus. Deo. n. uiuunt oĩa: apud quem pro caducis & breuibus æterna succedunt. Ex hac turba & colluuione/ (quid. n. ha bet uita commodi/ quid non potius laboris?) Migrauit Celsus: Vt i illud diuinum aiorũ concilium/ cœtumq; pficisceretur. Vbi non est peccatum/ non seditio/ non bella: sed uirtus/ pax/ quies/ tranquillitas sempiterna. Dixi. Reliquum est. &c.

Tolerãtia — *Dolere* — *Sapientia* — *Superbia* — *Morte nõ dolẽdum* — *Lugẽdus* — *Vita*

¶ In Funere Strenui militis: ubi aliq̃ de militiæ laudibus. De uirtute militis. De hũilitate. De lingua dolosa. De labore. De mũdo. Ti. xvi.



Doleo Equidem meo: Doleo etiã Publico dãno uiri sapien tissimi: Obuersatur enim oculis strẽuissimus Hector: armo rum exercitio/ castroꝝ disciplina: usu militiæ clarus: uirtute corporis/ morũ honestate præcipuus. quē nemo puocare/ nemo audebat offendere. Nã solis & imbris patiēs strenuus bellator euaserat: Constãtiaq; & pugnãdi fiducia in eo erat: q; scia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciã/ quã ipse a pueris didicit. Ideoq; missilia de stinatio ictu & magnis uiribus iaciebat: Tractare scutũ/ & obliqs ictib' ueniētia tela deflecteř/ plagã prudēter uitare/ audacter iferre callebat: Nec tm̃ corpe sed aio pstãtissim': q; uelox & robustus: Qua de re cũ alacribus saltu: cũ uelocibus cursu/ cũ ualidis uecte certabat. Nec solũ a dextris sed a sinistris etiam Equorum partibus & insilire: & desilire

Militi ne cessatia

Militiæ bona

Arma

Militia

Miles

Militis uirtus

Lucrum parcendũ

Vita futura

idẽ ſolebat. Doleo inq̃ uiri ſapientiſſimi Hectoris fortiſſimi obitu:ꝙ omnia quæ ſunt in imperio & ſtatu ciuitatis:ab his defendi & firmari putantur: qui militari laude antecellunt.Hac re fortitudinẽ maxime honore ꝓſequuntur reſp.quia ſemp uel ipſæ bellum aliis inferũt uel ab aliis ſibi illatum patiũtur. Hæc autem Militaris diſciplinæ uirtus præcipuum olim decus & ſtabilimẽtũ Romani imperii:in cuius ſinu ac tutela ſerenus trãquilluſq; beatæ pacis ſtatus acquieſcit:Hæc uirtus perutilis eſt in utranq; partem. Quid ergo tam neceſſarium q̃ tenere ſemper arma:quibus uel tectus ipſe eſſe poſſis uel prouocare ĩprobos: uel te ulciſci laceſſitus: Recte igitur rei militaris uirt⁹ præſtat cæteris omnibus:Hæc enim nomen populi ro. Hæc urbi æternam gloriã peperit.Hæc orbẽ terrarum parere ro. imperio coegit. Oẽs urbanæ res/ omnia p̃clara ſtudia in tutela ac preſidio Bellicæ Virtutis latent.Itaq; nihil eſt neq; firmius/neq; felicius neq; laudabilius reip.q̃ in ea abundare milites eruditos.Non.n.ueſtium nitor:uel argenti/uel auri/gemmarumue copia:hoſtes aut ad reuerentiã noſtram: aut ad gratiã inclinãt:ſed ſolo terrore ſubiguntur armorum. Conſtat autem utilius erudire armis ſuos q̃ alienos mercede conducere. Nã plurimum fide:in patriã:plurimum charitate preſtãt Qualis ſemp ſtrẽuiſſimus Hector extitit.qui pro implicãda & tuenda p̃ria plurimum laboris ac periculi ſubſtinebat:deforme ſibi exiſtimans:quos dignitate p̃ſtaret:ab iis uirtute ſuperari Idem primus in hoſtes impetum faciebat: uel ſolus præcurrere paratus.Alacri animo ſuos ad p̃lium cohortabatur. Excellẽti uirtute hoſtium audaciſſimũ quenq; : diſtricto gladio mõ Vmbonis ĩpulſu:modo Mucronis ictu depellebat. Eoq; robore animi atq; corporis utebatur:Vt Maiorem Victoriæ Partem Trahere uideretur. Et ſæpe Vndiq; Hoſtili pedite Circundatus:Conſtãti Animo Acerrime Pugnãs Euaſit.Multiſq; hoſtium interemptis:multis ciuium ſeruatis: infatigabili pugna hoſtem ſuſtinens: eius beneficio ſæpe effectũ eſt: ut hoſtes fugarẽtur.Vnus itaq; tot Ciuium tot Hoſtium:in ſe oculos conuertebat.In quo tãtus Animi uigor fuit: Vt cum paucis Equitib⁹ hoſtes ſæpe ĩuaderet:Armiſq; exueret: Primuſq; hominum caſtra ĩuaderet:crebras uictorias conſequens: ꝙ acer conſilio: manu ſtrenuus: charus principib⁹/uulgo militum acceptior. Sed mundi Militiæ aſtrictus/ut fortiter/ſic id munus innoxie tractabat: Præcauens maxime quod ipſe nõ peccabat: Ne ſuoꝝ quiſq̃ peccaret. Quid enim prodeſt homini ſi totum mundum lucret̃:& Aĩæ ſuæ dãnum pariat.Erat igit̃ ei ſumma ab iniuriis hoĩum cõtinentia:ꝙ nulli magis parcendum q̃ homini: Sũma in deum Pietas atq; Religio præfulgebat.Strenu⁹ erat in Militia:Strenuiſſimus in opere domini:Fortius deo militans Futu

ræ eni uitæ incommodis comparatur:Et nemo Athleta sine sudorib⁹ coronabat:Castus erat/Benignus/Modestus: Misericors:Hũilis: Nã Christus ait: Discite a me/qa mitis sum & humilis corde. Et ut solis iubar stellaꝝ paruos igniculos obruit & obscurat:ita cũctoꝝ uirtutes & potentias humilitas superat. Hinc patiẽdo iniurias furorẽ rabidi pectoris dei amore mitigabat. Idẽ paruo cõtentus parco uictu utebatur/ & rustico: occurrebatq; amicoꝝ paupertati ꝑ facultate. Dñicis diebus oratiõi uacabat & lectioni: Diuinas scripturas sæpe legẽs. Quotquot dieb⁹ Sacras Aedes petebat:ubi fletibus peccatoꝝ sordes lauabat:quo pristinũ innocẽtiæ gradũ reciperet. Seditionũ motus cõpescẽs dolosam linguam acriter arguebat:Illa.n.seminat inter Fratres discordias: Lites suscitat:Furores incitat:cõuẽtus turbat. Idẽ ut sp eũ aduersarius inueniret occupatum/aliqd operis faciebat:farriebat humũ: Areolas seminib⁹ Holerũ æquas limite diuidebat. Inserebat steriles Arbores: uel gẽmis/uel surculis:ut paruo post tpe dulcia poma decerperet. Idq; non tam pp uictum/q̃ pp aĩæ salutẽ:& corpis sanitatẽ. Ignauia.n. corpus hebetat:labor honestus confirmat. Et ne uagaretur pernitiosis cogitationibus:sed ut nihil aliud cogitaret:nisi quod ad dei seruitutẽ ptineret. Sudore.n.& labore nimio ad hubertatẽ fructuũ puenimus. Solaq; apud deum libertas est/nõ seruire paccatis: Sũma apud deum est nobilitas:clarum eẽ uirtutibus. Itaq; Militiæ suæ finis erit regnum nõ terræ & tẽporis:sed æternitatis & cæli. Cui.n.rectius nostrã uitam impẽdimus:q̃ illi a quo eã accæpimus? & cui eam usq; ad finem debemus? qui ipsius beneficio minimus? Igitur nec affectum:nec patriam nec honores:nec diuitias deo præferre debemus. quia scriptũ est. Præterit huius mundi figura:& qui hunc mũdũ dilexerunt: cum mundo peribunt. Illi ergo militemus:qui militantibus sibi gloriã uitæ æternæ/honorẽ regni cælestis/diuitias hæreditatis suæ/& diuinæ cognitiõis cõsortiũ peremne largitur:Nã nemo totius terræ dñs: Christus aũt totius mũdi rex est: Hectoris ergo aĩa illi uiuet. Ego uero fleo/qđ accidit:sed quia sic dño placuit:æquo aĩo tolerãdũ: Cũ ẽt ipse hector illa dicer̃ possit:Præsentis uitæ labores euasi:tu lachrymas fundis: q̃si nescias quid in te ipso quottidie patieris. Si me diligeres:gauderes uti q; quoniam aqud deum requies mea. Dixi. Reliquum est &c.

Sudor
Hũilitas
Ligua dolosa
Exercitiũ
Ignauia
Labor
Nobilitas
Mundus

¶ In Funere Causidici: Vbi aliq̃ de simplicitate. De mãsuetudine. De diuitiis. De oratione. De confessione: De Iustitia. Titulo.xvii.


Ngẽti Mærore afficior Optimi patres Catonis iniquo funere Quid enim aut illo felicius amico:aut sodale iucundius? Cui mira i sermone/mira ẽt in ore ipso/uultuq; suauitas? Cui ẽt ingeniũ dulce/facile/eruditũ i causis agẽdis.

Agebat siquidē causas acriter & ardenter: nec minus polite & ornate: siue meditata siue subita pferret. Proximos tanq̄ se diligebat: Alienos & inimicos nullo psequebatur odio: sed amore. Si. n. odio atq; inuidia possidemur: si cupiditati & auaritiæ credimus: si pn̄tia cōmoda futuris pferimus: si iracundiā libidinemq; implere uolumus: si iniuriam uindicare: si maledicenti maledicimus: & aduersum inimicū inimico aīo sumus: beatoꝝ sedē nullo pacto adibimus: sed mærētium & afflictoꝝ. Defendebat igitur honorabatq; pupillos & uiduas: quæ ueræ sunt uiduæ: Hoc est quæ oī suoꝝ auxilio sunt destitutæ: quæ manib' suis laborare nō possunt: quas paupertas debilitat: ætasq; conficit: quib' deus spes est: & omne opus oratio. Nam bona cōparat præsidia misericordia: hētq; in aduersis auxilia: qui cōmodat in secundis. Erat idē non studioꝝ tm̄ uerū ēt studiosoꝝ amātissimus. Simplex & humilis: Nihil enim sic deo placet: uti simplicitas & īnocentia. Vnde sanctus spiritus in uolatilibus nō apparuit nisi in colūba pp simplicitatem: Et quadrupedibus in oue pp mansuetudinē. Mansuetudo nanq; nulla passione turbatur: ira & furore non rumpitur: quā qui habuerit: beatitudinem consequetur. Superbis aūt resistit deus: Humilibus uero dat gratiā. Auaritiæ malū oīno uitabat: nō quo aliena nō appeteret: hoc enim & publicæ leges puniunt: sed quo sua: quæ sibi erant aliena: non seruaret. Tēporalibus eni æterna sunt præparanda: Caducis stabilia: sollicitis securiora: periculosis libera. Qui aūt uolunt diuites fieri in laqueum sathanis & desideria multa incidūt. Vnde diuitē purpuratū tartari flāma suscæpit: Lazarus pauper & plenus hulceribus: cuius carnes putridas lambebant canes: in beatoꝝ sede recipit. Et difficile: imo impossibile est: ut pn̄tibus quis: & futuris fruatur bonis: ut & hic uētrē & ibi mentem impleat: Vt de delitiis transeat ad delitias: Vt i utroq; seculo primus sit: Vt in cælo: & in terra appareat gloriosus. Vanæ gloriæ idē ardore nullo capiebat: qm̄ spiritale gaudium nō cōparat diuitiarū copia: Nō fallax mūdi gloria: nō prolis fœcūditas: nō corporis sanitas sed tantum cōscientiæ puritas. Orabat assidue lachrymas fundens: nam lugentes in hac uita: gaudebunt in æterna: Et dei seruis maxime necessaria est oratio: p quā deus placatur: per quā deus ad nos inclinatur: per quam dei ira: & furor quiescit. p orationē saluus effectus est paulus: & doctor gentiū: & prædicator orbis terræ. per lachrymas enim & orationes æterna merces acquirit: & bonoꝝ oratio locutio ē ad deum. Nec in oratione tantum locus requiritur: q̄tum sensus: In oi igitur loco orari potest & debet: quia deus ubiq; est: ubiq; nos exaudire dignatur. Oratio. n. columna est sanctaꝝ uirtutū: uiduarū maritus: angelorum cognata: fidei fundamentum. beatus qui eam diligit: bea

[Margin notes: Quæ fugienda — Viduæ ueræ — Misericordia — Simplicitas — Māsuetudo — Diues Lazarus — Spiritale gaudium — Orōnis bona — Oratio]

tior qui frequentat:Nam sic dignus efficitur dei gratia.Sed quia cum peccato nascimur:omnes in peccatis demergimur: ideo opus est:deo scelera cuncta confiteri:non q̄ ignoret peccata nostra:sed ut dæmon audiat:qm̄ confitemur:& pœnitet nos peccasse.quibus confessis cum Dolore & Lachrymis: non hēt amplius unde uos incuset. Vult ergo Dæmon ut taceamus: Deus uero ut cōfiteamur.Hinc ait: Cōuertimi ni ad me in toto corde uestro:ī ieiunio : fletu & planctu.In corde enī est fons pœnitentiæ:fletus ad oculos:plāctus ad os:Ieiunium ad totū corpus refertur.Discutienda igitur mens: ꝓspicienda singula : cordis secreta cōsideranda:anteq̄ ad cōfessionem eatur. Cor nanq̄ peccauit mala appetendo:Oculus uanitatem uidendo:Os falsitatem dicendo: Auris mendacia audiendo:Manus uerbera & homicidia perpetrādo: & si nō opere saltem uoluntate:Pedes etiā ueloces ad malum. Primo Igitur Cor:Quod Mala Cogitauit & Cōcupiuit:Pœniteat:& doleat. Oculus Fleat.Os sine itermissione oret. Aures audiant Verbum dei. Cælestiūq̄ p̄cones dei.Manus elemosynam porrigant:Peregrinos su scipiant:Infirmos foueant. Nudos induant. Pedes martyrum templa adeant:Genua flectātur:& roborent. Sed quid ego hæc doctissimis? Vir aūt idustrius atq̄ disertus Cato Noster ea Omnia Christi Amore exequebatur:quoniam uere sciebat se dei gratia natū. Qui nos ideo generauit:ut ei seruiamus. Seruire autem deo:nihil est aliud:q̄ bonis operibus tueri & cōseruare iustitiam . Cuius quidem primum officiū est/coniungi cū deo:Secūdum cum homine:quia homo dei simula/crum est.Sed illud primū Religio dicitur.hoc secūdum misericordia uel humanitas nominatur. Quæ uirtus ꝓprie est iustoꝝ & cultorum dei:q̄ ea sola uitæ communis continet ratione͂. Itaq̄ mortuus est ho neste:prudēter fortiter:ut christi gratiam assequeretur:In quo salus:ui ta:& resurrectio nostra consistit. Qui quottidie morimur : quottidie cōmutamur:& tamen æternos esse nos credimus. Sed quis est:ut ille inquit tam stultus:q̄uis sit adolescens:cui sit exploratum: se ad uespe rum esse uicturum? Dixi.Reliquum est &c.

Confessio necessaria

Confessio ad deum

Confessio qualis

Membra peccantia

Cur nati

Seruire deo

Iustitia

Misericordia

¶In Funere Gellii, Publici Magistratus : Vbi aliqua De magistratu. De beneficio.De dignitate.De pace. De ieiunio.De Misicordia. De Pœnitentia.De Fide:Spe:Charitate. Titulo octauo.



On possum uerbis exprimere:quantū animo uulnus accæ perim ciues inclyti:quum audiui Gellium eruditū & sapiē tem obiisse.Qui ualde idoneus reip.nostræ: Omnibus per omnia placebat:Qui non quærēs quod sibi/sed quod mul tis utile esset:priuatas facultates neglexit publicas q̄ amplissimas esse cupiens:quia locupletem illlum faciebat:nō multa possidere:sed mo

Magistratus
dica desiderare.Et de publico ministerio nihil cuiq̄ ꝑter laudem bene
administrati officii accedere debet.Bene faciebat oibus:ꝙ dare bene

Beneficiū
ficium est imitari deum. deus enim sp largitur:semperq̄ daturus est.
Diu deliberabat/quicquid pro rep.statuendum semel erat. Nil audie
bat/qđ audiuisse/nihil dicebat/qđ dixisse pœniteret. Turpi.n.uerbo

Sermo turpis
libidinosus animus ostenditur:& per exteriorem hominem/interio
ris hominis uita demonstratur. Nec tantum linguam a turpi uerbo/
manus a lucro/sed etiam Oculos a libidinoso aspectu cōtinebat. qm̄

Venus
ea domus/ea ciuitas/id regnum æterno ī gradu facile steterit: ubi mi

Auaricia
nimū uitium ueneris pecuniæq̄ cupido sibi uendicauerit. habebat er
go tam auersum animum ab omni uenere q̄ a lucro. Vnde & usum
ueneris intra coniugis charitatem clausum tenuit.Erat igitur in eo ca
stitas/iustitia/grauitas/pudicitia;Erat suauis/& mitis in charitate pfe
cta:quo se ipsum bonorum operum cæteris præberet exemplū. Acce
debatq̄ magistratui maximo ornamento:quoniam clarus honor ui

Dignitas
lescit in turba:& apud uiros bonos indignior fit ipsa Dignitas:quam
multi indigni possident. Virtutum deniq̄ operatione clarus/seditio

Pax
nes rixas & scandala mitigabat: Vt pacem cum omnibus in urbe ser
uaret.Nam pax est malorum præsidium : Pax Inopem diuitem facit:
Pax ditior uniuersis/Pax homines dei filios efficit.Sine pace reges nō
regunt.Sine pace regna non ualent.Sine Pace Ieiunia orationes: ele
mosynæ/cæteraq̄ bona nobis prodesse nō possunt. Omnes ergo in
mansuetudine & charitate spiritus amplectebatur.Et ꝙ alieni abstinē
tissimus erat;Ita uiuebat : ut sua tantū possessione contentus/res non
inuideret alienas:Non agrum pauperi non uineam tolleret.Nec tolli

Peccō cōsentiens
permitteret:quia non solum qui faciūt indecentia,: sed & qui facienti
bus consentiunt digni sunt morte. Cumq̄ plurimū sciret Die quoq̄
tamē aliquid ediscebat:Ita enim senescere oportet uirum: qui totum
se reip.optulit: Vnde scriptum est illud:Melior est puer pauper & sa
piens q̄ rex stultus & senex.Itaq̄ nec laude surgebat:nec uituperatiōe
frangebatur.Non in diuitiis tumebat : non contrahebatur pauptate.
Læta contemnens & tristia:Nam iusti & fortis uiri est:nec in aduersis
frangi nec prosperis tolli:sed in utroq̄ esse moderatum. Quottidie
reminiscens se esse moriturum:pñtia contēnebat: ad futura festinās:
Deq̄ his tantum ei sollicitudo inerat : quæ secum transferre deberet.
Qui autem se sp uicturos putant pessime qdem uiuunt: præsentia so

Cibus
lum inspicientes. Tantum uero cibi & potionis sumebat: quo refice
rentur uires:non autē quo corpus: aut animi libertas prægrauaretur:

Ieiunium
Romuli mē mor:qui ad cœnā uocatus:ibi nō multum bibit:quia po
stridie negocium hēret.Ieiunabat sæpissime:ꝙ Ieiunio passiones cor

poris Oratione pestes sanandæ sunt mentis. Ideoq per ieiunium no bis ostendit redire posse in paradisi delitias: Vñ per gulam eiecti fui mus. Nam ieiuniũ curat uulnera delinquentis: curataq sanctificat. Et quia non legis auditores uerum executores iusti sunt apud deum: Icirco statuta & leges seruabat oibus: nulli parcens: licet æquitate poti quã iustitia uteretur. Nam in Pastore misericordia simul & iustitia eẽ debent. Grandis uero in suos pietas: impierãs in deum est. Quẽ cupiẽs: ut sui misereretur: ipse proximo miserebatur. Est enim misericordia salutis p̃sidium: fidei ornamentum: peccato℞ propitiatio malos ad bonũ perducens. Dabat itaq elemosynas: iuste: sancte: & pie uiuens: q dñs mutata hominis uita: mutat sententiam: bene operantibus gloriam: male uero æterna supplicia promittens. Ideoq scele℞ pœnitebat assidue: q Pœnitentia medicamentũ est uulneris: spes salutis: p quã peccatores saluãtur: p quã deus ad misericordiam inclinatur. Quem qdẽ coli & diligi toto pectore decet: Ad quod agendũ opus est Fide: Spe: Charitate: Nam Fides est ut Apostolus inquit: substantia sperandarũ rerum: quas non uidemus: quarũ credere & spare necesse est: quæ deus iussit: Fidem Spes sequitur: quæ expectatio est rerum oium futura℞: q̃ certe saluamur: Paulo scribente: Spe enim saluati sumus. Charitas autem dilectio est & amor in deum: per se: & in proximum dei gratia. Charitate ergo deus super omnia toto corde amari debet: ut cogitatio omnis & uita nostra in deum ipsum dirigantur: a quo uti a fonte huberrimo bona cuncta emanant. Quæ quidem omnia uti clarissimus Gellius & nos seruare debemus: quoniam ait dominus: Omnis qui credit in me/ licet moriatur/ uiuit: Est enim præter hanc uitam uita alia beatorum: Vt præter hãc mortem mors alia impiorum. Dixi. Reliquum est &c.

Oratio

Pastor

Misericordia

Hoĩs uita mutata

pœnitẽtia

Fides

Spes

Charitas

Deus

¶ In Funere eximii Iurisconsulti: Vbi aliqua de uirtute Iurecõsulto necessaria. De patientia sapiẽtis. De iustitia & æquitate. De impietate quorundã. De diuitiarũ malo: De pauptatis & misericordiæ bono. De prauis cogitationibus. De libidine insatiabili. De obtrectationibus non audiendis, De malo℞ tolerantia: De recto uitæ itinere. De pœnitentia quid sit. De mortuo non flendo De morte quid sit. De uere uiuis. De mortuis lugendis. Titulo xix.


Itius patriæ ornamentum: seu dignitate seu moribus censeret. Natus splendide/ & opulentus: rectissimus iudex: fortissimus aduocatus: fidelissimus amicus uiri egregii: Crudeli & dura morte (nam & fratres: & charissima inter se noĩa diuidit) hoiem exuit Cuius sane doctrinam & Italia: & cæteræ gẽtes

mirabantur: Tantum in illo industriæ/tantum probitatis/ingenii/
studii memoriæ eruditionis Pontificii Ciuilisq; iuris erat. Qui iusti
tiæ cultor/reipublicæ amator:non odio/non amore/non pretio nec
precibus: non timore corrumpi poterat.ꝙ plus deum quam homies
plus dei honorem q̃ loculos pecunia graues diligebat. Itaq; auari-
Sapiens tiam fugiẽs:summam iustitiæ inimicam: largitatem etiam ultra mo-
Patientia dum sectabatur. Clæmentiæq; studiosus: seuitiæ detestator: benign⁹
oĩbus:in ꝓsperis hũilis & cautus:in aduersis cõstans atq; magnanim⁹
erat. In quo.n.sapiens ac bonus uir a malis & insipiẽtibus differt: nisi
ꝙ hẽt inuictã patiẽtiã: Qua stulti carent? nisiꝙ Regere se:ac mitigare
irã suã nouit? quã illi:qa uirtute indigẽt frænare nõ possunt. Summa
igitur uirtus hẽnda Patientia est:quæ una oĩbus est opposita uitiis:&
affectibus:una pturbatũ animũ ac fluctuantẽ ad trãquilitatẽ suã reuo
cat:una mitigat: una hoiem sibi reddit. Et quia Bonis nocet.q parcit
Iustitia Malis: Et iudex ipse dãnatur:quũ reus absoluit: Nunq̃ acceptis mune
ribus(ut multi solent)dãnabat insontẽ:reũ liberãs. quẽ punire nõ est
crudelitas:sed iustitia.quæ sancta & laudabilis est:ꝑ eã siqdẽ Prudẽtia
Mundus regnat:securitas & dignitas florent. Verꝫ qñq; laxanda est ꝑꝑ multo
rũ scãdala:qñq; exagitãda:ut sit reliquoꝝ cautio. ꝙ mũdus iste plẽus
Impii est cõfusione erroribus:iniqtatibus:& ueneno malitiæ. Præstabat aũt
amicis fidẽ:oĩbus æqtatẽ.ꝙ sũma iustitia sũmũ patibulũ. Et nihil erat
aĩo ei⁹ clæmẽtius: Itaq; ꝑ feris imanibus hẽbat illos:q hoĩbus nocẽt:
q cõtra ius hũanitatis & fas oẽ: spoliant:cruciãt:occidunt. Imitabatur
ꝙ saluatorẽ suũ:qui mitis & humilis pastor:agnus & aries appellatur.
Diuitiæ Nec defuit unquã ipsi misericordia i egenos: libẽter.n. illis necessaria
suggerebat: Ne diues in hoc sæculo mala plurima sibi acquireret: nã
fluxu reꝝ:& hubertate copiaꝝ aĩus soluit:mentis uigor ifringit. cor
Paupertas poris uirtus eneruat. Comes enim diuitiaꝝ superbia & luxuria est.
At in paupertate non lasciua cõuiuia: non turpes potationes: omnia
sobria:omnia rigida.humilia omnia. Idem ad iram tardus: ad mise-
ricordiam pronus: priuati iuris & publici peritissimus: multos aduo-
catione:plures consilio adiuuabat. Non enim meremur in periculo
Misericordia liberari si nõ succurrimus: Nec meremur auxilium:si negamus:ꝙ ma
gna est Misericordiæ merces: cui Deus pollicet peccata se oia remis-
surum. Nam si audieris inquit præces supplicis tui:audiam & ego tu-
as. Si misertus laborantium fueris & ego in tuo labore miserebor. Si
autem non respexeris nec adiuueris: Et ego animum tuum contra te
Cogitationes geram: tuisq; te legibus iudicabo. Prauas cogitationes (est enim pe-
ne supra humanum modum: ne in cogitatione quidem non admit-
tere;quod sit uel facto malum:uel dictu improbum)crescere nõ sine-

bat:ꝙ ille laudatur:ille ꝑdicatur beatus:qui statim quũ cœperit cogi/ Libido
tare:opprimit cogitatus:præsertim libidinis:quæ nunq̃ satiat̃. & extin
cta reaccenditur:usu crescit:nec rationi paret:ꝙ impetu ducitur:inde Obtrecta
uiro luxurioso uerbũ castitatis offensio est. Obtrectatoꝝ uerbis teme tiones
rario assensu minime inhærebat:ꝙ nihil tam inquietat animũ:nihil ẽ:
ꝙ ita mobilem mentem ac leuem faciat:q̃ facile cuncta credere. Hinc
enim Crebræ Discordiæ:Hinc odia iniusta nascunt̃. Id est quod sæpe
de Amicis etiã inimicos facit. At cõtra magna quies animi: magnaq̃
est morum grauitas:nõ temere de quoq̃ sinistri quid audire: Maiusq̃
est linguã compescere:q̃ urbem capere. ¶ Amara & grauia cũcta pati Tolerãtiã
enter ferebat:ꝙ deus præmia ꝓ laborib⁹ æterna cõstituit: Et ad bonũ:
qđ sũmũ & sublime ẽ:nisi eũ sũma Difficultate & labore:nõ põt quis
ꝑuenire. ¶ Quisquis ergo rectũ uitæ iter tenere nitit̃ Non terrã debet Iter rectũ
aspicere:sed Cælum. Non his terrestribus simulacris: sed Deo seruire
cælesti: Non ad corpus referre omnia:sed ad mentem: Non huic uitæ
dare Operam: Sed Aeternæ. Vt Noster Titius: qui oẽm rationem:&
curam:& laborem:& diligentiam adhibebat: in seruandis magni dei
præceptis: In ieiuniis orationibus: elemosynisq̃ agẽdis. In cõfessione
& pœnitentia exequẽdis: Quæ quidem est ante acta deflere:& flenda Pœniten
iterum non cõmittere. ¶ Sed q̃nam gratia dic quæso mortuũ defles: tia
Num ꝙ malus fuerit? ꝓpter hoc igit̃ gr̃as te deo agere oportet: ꝙ sibi Non flen
bitus sit a malitia. Sed nũqd bon⁹ erat & mansuetus? Et in hoc quoq̃ dum
gr̃a hẽnda est:ꝙ raptus sit e uita:priusq̃ in malitiã uerteret̃. Morsq̃ ipsa
est oium periculoꝝ euasio:debita naturæ solutio: reditus in patriã &
ingressus ad gloriã. Hi ergo uiuunt:qui corpoꝝ uinculis: tanq̃ e carce Mors qđ
re euolauerũt: Nostra uero quæ dr̃ uita:mors est: Nam ex quo lapsus Viui q̃nã
est Adam:non fuerunt nisi dies mali: Vnde puer a ploratu incipit:la uitæ mala
chrymæ enim testes sunt doloꝝ:& miseriæ huius uitæ Dies autẽ mor
tis terminat hunc dolorem: dans suauitatem illis uidelicet q & ꝑfecti
& purgati hinc exeũt:cum deo enim h̃itant. Qui uero in peccatis mo
riuntur ii deflendi:ii dolore & lachrymis prosequendi sunt: alii mini Quæ fu/
me:quia angelis & martyribus sanctisq̃ oibus (ut iam Titio accidit) gienda
associantur. Dixi. Reliquum est &c.

¶ In Funere optimi prætoris:ubi aliq̃ de uirtutib⁹ prætori necessariis. De iustitiæ cõmodis. De his:qui urbibus ꝑesse debent. De iudicandi celeritate fugienda. De uitandis muneribus. De superbiæ malo:hũili tatisq̃ bono. De pace. De diuitum iniquitate. De obedientiæ bono. De trib⁹ Virtutis gradibus. De Mortis impietate. De Animæ immor talitate De morte cuinam bona sit:uel mala. Titulo Vicesimo.

ARdua mihi dicẽdi ꝓuincia data est inclyti ciues: ad hõestã
dũ Marcelli prætoris optimi funus; Nõ.n.tali facũdia sum
Prætoris ut grauissimi uiri meritis ac officiis digna efferĩ possim: Et
uirtutes dolor intimus officiosissimi disertissimiq; prætoris obitu
p̄cordia opprimit. Nã succurrit: quãta in eo prudẽtia: iustitia: temperã
tia: fortitudo. qbus nil p̄tiosius: nil ornatius inuẽiri põt. Ideoq; deerat
Iustitiæ ei stultitia: iniqtas: luxuria: formido: q̃ uitia q̃ttuor illis uirtutibꝰ sunt
cõmoda cõtraria. ¶Iustitiã uero diligebat: ꝙ illa est singulaꝝ reꝝ: & p̄sonaꝝ
æqssima distributio: quã qs optinẽs & cui adhærẽs uitã suã disposite
& sine molestia degit. Custodit i oibus æqtatẽm: scit, qd deo debeat:
qd sctis & æq̃libus reddat: qd sibi retineat: qd ꝓxmo cõpetat: aut con
gruit. Hæc ãt sine prudẽtia mors est/ & bonoꝝ p̄secutio: hæcꝰ sine mia
Vrbiũ pre gladius ẽ ĩ manu tyrãni. Itaq; non puer nõ demẽs. urbi præesse debet:
sides sed ãnosus/ prudens castus / sobrius: Quodqdẽ Romanũ impium fa
cile indicat: nõ pacifice tam diu p̄seuerauit: q̃ diu sapiẽtibus regi p̄mis
sum. At ubi iuuenes & ignaui ꝓuincias adierũt: amissum est penitus.
Iuuenes Iuuenes ergo sine prudentia: duces uel ecclesiaꝝ pastores minime cõ
stituendi sunt: ne & ipsi cum populo pereant: Tales enim si præsunt:
non solum præterita & futura non cogitant: sed etiã audire quod bo-
Iudicare num sit dedignantur ¶Præterea: ꝙ in iudicando criminosa est celeri
tas: Et ad pœnitẽdum ꝓperat: q cito iudicat: priusq̃ audiret Marcellus
prætor neminem iudicabat: quia nõ statim: qui accusaẽ reus est: sed q
cõuincitur criminosus. ¶In p̄uersos iura iustitiæ exercebat audacter:
quia maloꝝ numerus super arenam Maris multiplicatus est passim.
Timoremq; dei habens (nam initium sapientiæ timor dñi) Diuitum
Munera & Obsequia nõ quærebat: & munera ipsa, ut scriptum est: iu-
Munera dicis oculos occæcant Vnde & Lex quoq; illa accipi uetat. ¶Nec plu
ris apud eum erat Matronà Nobilis & diues: q̃ pauper & mendica: aut
Vidua oĩ auxilio destituta. Nullaq; tumidus sup̄bia cæteros Homĩes
obducta fronte non cõtempsit: sed cunctis Amabilis Benignus & Hu
milis erat: sciens ubi Sup̄bia fuerit: ibi discordiã & contumeliã dñari:
Superbia Sup̄bia ex ãgelis dæmones factos: Humilitate Hoĩes similes Angelis
Hũiltas Cõstitutos: Sup̄bia Angelicam gloriã Cælis eiectã: Humilitate ad cæ
los humanã infirmitatẽ euectam. Sup̄bia Adã e Paradiso pulsum: Hu
militate in paradisum Latronẽ ductum. ¶Ab ira quoq; penitus absti
Ira nebat. ꝙ ira affectus haud põt cõsilii esse capax. ¶Pacis tñ erat diligẽ-
Pax tissimus Cultor: Cuiusquidẽ tãta est Virtus: Vt ĩ eius Dignitate Apo
stolus oĩs suas Epistolas Scripserit: dicẽs: Pax uobis: Et Grãa domino
Deo nostro. Quam salutãdi Formã nobis Christus & prius Tradidit
Vobis inquiens Passim Diuitem fieri aspernabatur: Omnes siquidem

diuitiæ ex iniquitate descendunt: & nisi alter perdiderit/alter inuenire non pōt. Vnde & illa uulgata sentētia mihi uidetur esse uerissima: Di ues aut iniquus: aut iniqui hæres. Hinc dn̄s discipulis ait illa: Difficile diues intrabit in regnum cælorum: & rursum: facilius est Camelum p foramen acus transire: q̄ diuitem intrare in regna cælo℞. Nec impossi bile: sed difficile dixit: Licet impossibilitatis exēplum posuerit: q̄ nec diuiti obsunt opes si eis bene utat: uti Marcellus egit: qui illas paupib⁹ & egentibus impertiebat: Diuinis p̄ceptis obsequēs q̄ obedire oportet deo in omnibus: si saluari cupimus: Vnde per inobedientiam homo paradisum amisit: p inobediētiam Salomon amorem diuinum. Nec sine obedientia respublica stare: nec familia regi potest. Itaq̧ diuinæ scripturæ incumbens ieiunio oratione: uigiliis corpus suum conficie- bat: Virtute duce: quæ est iram cohibere: cupiditatem cōpescere: libi dinem refrænare. Id est enim uitium fugere: ut ille inquit. Cuius qui- dem uirtutis Primus est gradus malis operibus abstinere Secundus etiam malis uerbis: Tertius etiam Cogitatiōe Rerum malarum: Qui primum gradum ascendit: satis est iustus. Qui Secūdum iam perfectæ uirtutis: siquidem neque factis, neq̧ sermone delinquat. Qui Tertiū is uere dei similitudinem assecutus uidetur esse. Quos omnis gradus Marcellus Prætor re uera, ut cunctis liquet: ascendit. ¶ Sed quod ho mo natus erat: & mortalis: & impia Mors nulla prece: Nullo Pretio flectitur quemlibet finito uitæ suæ cursu rapiens: a nobis recessit: No- limus tamen arbitrari eum nusq̄ aut nullum fore: ut Cyri uerbis utar: nec enim dum erat nobiscum animum eius uidebamus: sed eum esse in Corpore ex his rebus: quas gerebat quisque arbitrabatur: Eundem igitur esse creditore etiam si nullum uidebitis. Nam mihi nunq̄ psuā deri potuit: animos dum in corporibus essent mortalibus uiuere: quū exissent ex iis emori. ¶ Si quis igitur nos roget: Vtrum Mors sit bo num an malum: Respondebimus qualitatem eius ex uitæ ratiōe pen- dere: Nam sicut uita ipsa bonum est si cum uirtute uiuatur: Malum si cum scelere: ita & mors ex p̄teritis uitæ actibus Ponderanda est: Ita fit: Vt si uita in dei Religione transacta sit: Mors malum non sit: quia translatio est ad immortalitatem Si aliter: malum sit necesse est: quo niam ad æterna supplicia transmittitur. Cauenda sunt ergo mala & turpia: & honesta sequēda: uigilandū q̄ sp: q̄ Mors inopina uenit: nec fidendū iuuentæ q̄ mors pari cōditione Homines perimit. Q̄ua de re mortuum aliquem flere supuacuū est & inutile: & ingratū. Nosq̧ diuti⁹ uiuēdo pœnitenda incurrimus: Quisq̧. n. toties morit: quoties amittit suos. Erubesco iā apd̄ doctissimos plura loq̄ne nō tā cōsolari amicos uidear: q̄ stulta iactantia docere pfectos. Dixi. Reliquū est &c.

Duitiæ

Diues

Obedientia

Virtutis gradus

Mors

Animus

Mors qd

Vita

Mors

¶ In Funere Illustris Dominæ: Vbi aliqua de Humilitatis uirtute. Ie iuniū quid sit. De Præceptoꝝ obedientia. De cælesti aula labore acqꝫ renda. De scientia scripturaꝝ. De Melaniæ sanctæ: & Iob patiētia. De ea quid sit. De ministroꝝ honestate. De beneficiis conferendis. De La nificii opere. De ocio fugiēdo. De Vitæ fragilitate. De mortis bono. De doloris malo. De Mose moriente. Titulo Vicesimo primo.



Nihil unq̄ acerbius peruenit ad meas aures iclyti Proceres/ q̄ illustris dñæ Marcellæ obitus: Cuius imago tanq̄ pñtis occurrit oculis: q̄ extinctā uiuere amor fingit: Anteq̄ mei noīs obliuiscar: q̄ eius pietas meo pectore pelli ualeat. Natura siquidem eam lenē miseris genuit: Vñ exaudiebat supplicum uoces: quā poterat opem ferens: cum regia res sit lapsis succurrere. Spoliati ea sumus: quā clara generis amplitudo: Auorumq̄ nomē & gloria: & magna probitas atq̄ ingenium faciebant: Iure igitur me miseꝝ Sensus & Consilium reliqrunt: Iure lachrymas illi fundo. Iure uerba mihi desunt: q̄ assueta erat iuuandis supplicibus: in quo nūero & ego eram: Cuius gratia uoto meo defuit nunq̄. Iustissima mihi est Lachrymarum Causa: q̄ doleo Fœminā maximā oīq̄ muliebri sexu uenustate præstantiorē oculis ciuitatis ereptam: Nescio an aliquid simile uisurus: Quæ enim illius castitas: quæ sanctitas: quanta grauitas: quāta cōstātia: Cuius ardor in Christum: pallor ex Ieiuniis: Elemosynæ ī pauperes: Obsequium in dei seruos: In cunctis moderatus sermo: Vestiū

Humilis & cordis humilitas: Quoniam Christus ait: Discite a me: qa mitis sum & humilis corde. Perq̄ solam Humilitatē oīa uincere ualemus: Sine qua Nostra Ieiunia nobis non ꝓderunt. Nam sicut deprecantis Humi

Deus litas meretur præmia: ita Supbia confidentis auxilio dei deserit: quē cōtemnere etiam in Exiguo non leue est: quia Culpa offendit: pœnitentia placatur. Saccus autem & ieiunium Arma sunt pœnitentiæ: & auxilia peccatoꝝ: itaq̄ Pane & Sale & Aqua frigida sæpius uescebat: nihil in cibo: nihil in potu uoluptatibus tribuēs. Est enim ieiuniū cun

Ieiunium ctorum Membrorum Satisfactio: Membra nanq̄ satisfacere debent: pp peccata: quæ cōmiserūt: Vnde siquis in gula peccauerit satisfaciat ieiunando: sicut ēt de membris singulis est agendū. Sed tunc deo gratum ieiunium reddimus: dum ab iniquitatibus & uoluptatibus abstinemus: uti & dia Mercella semper abstinuit: Cui sane ieiuniū ꝓ Ludo: Oratio ꝓ deliriis erat. Hinc quotidie flexis genibus: ne iuuentutis delicta suæ deus reminisceretur: orabat: Vtq̄ facilius præcepta seruaret: hoc est ab omni illicito: quo ꝓhibita erat: recederet: & ad bonum oēs

Præceptis obedire quod uidebatur: ꝓmpta accederet: Nā nihil honestius est hōi: q̄ creatori suo parere. Et dei ꝑcepta siquis nō obseruauerit: Hostis est animæ suæ: Eligebat

suæ:Eligebat sibi oportunum:& a familiæ strepitu remotũ locum:in quẽ uelut in portũ:quasi ex multa curarũ Tẽpestate se reciperet: Ibiq; diuinæ lectioni studium impendebat.ibi orationibus uacabat: ibi meditabatur:qualem suis præbere se deberet.Ideoq; humilis erat aius suus ac mitis:& aduersus sola uitia erectus. Quẽ nunq̃ aut Sũpbia extulit:aut Auaritia inflexit:aut ira præcipitauit: Nam q̃q̃ irasci hominis est:Christiani tamen ꝓprium est finem iræ ponere.Humilitasq; prima Christianoꝝ uirtus habet.Quocirca uitæ sanctimonia: & oratiõis frequentia prædita Media nocte surgebat:ut deo cõfiteret super iudicia iustitiæ suæ:qa Bonũ est Confiteri dño & psallere nomini suo altissimo:Et nos oportet multis laboribus adire cæleste regnũ:Trophæaq; uitæ nostræ nõ Pompis Sed miseriis referũtur. Vnde quẽ diligit dñs corripit:flagellatq; oẽm filium quem recipit: ut ẽt in patiẽtissimo illo apparuit.qui nisi Certasset:& Vicisset in prælio nõ accæpisset coronã iustitiæ. Afflictio itaq; in seculo nostro materia præmiorũ est.quis nõ digna satis esse ualeant ad futuram gloriã tpis huius tædia & miseriæ. Oia igitur amara & grauia patienter ferenda:eo q̃dem ꝓmptius: quo nobis imperator noster deus præmia pro laboribus æterna constituit Eius quoq; diuitiæ erãt in lege dei meditari Noctu atq; ĩterdiu:Quid enĩ eruditione melius:quid suauius disciplina:,Quæ enim põt eẽ uita sine scientia scripturaꝝ: Nec ẽt queq̃ oportet magis:uel meliora scire uel plura q̃ principẽ:cuius doctrina oibus ꝓdesse ualet subiectis.Itaq; & uiro:& filiis absentibus ita ciuibus consulebat:in causis oibus iustitiam mira cum lenitate & æquitate seruãs: ut in oĩ phõ mirũ ne dum in fœmia eẽt.Inde ẽt neq; uehemẽter ĩ ꝓsperis lætabat:neq; nimiũ in aduersis dolebat. Vñ & mira patientia ualitudinẽ tolerabat:ut dolori resisteret:ut Sitim differret: Sibimet dicens: Respice Melaniæ sanctæ tolerantiã:q̃ calẽte adhuc Mariti Corpusculo:Nec dũ Humato:duos Simul perdidit Filios: & Lachrymæ gucta nõ fluente stetit immobilis:ad pedesq; aduoluta christi. q̃si ipsum teneret arridens: Expeditius inquit tibi seruitura sum dñe: quia tanto me onere liberasti: Respice item hominum patientissimũ illum:qui erectis in cælum oculis inter ruinam domus/pœnas hulceris:inumeras orbitates: ad extremũ uxoris insidias:inuictam tenuit patiẽtiã Quæ quidem est oĩum iniuriaꝝ & passionũ tolerantia.quam siquis intellexerit:& habuerit: uitæ incõmoda ferre didicerit:sororem spem habens: patitur.n.libenter:qa sperat:& sperando tolerat:Impatienter autem fertur:quod non speratur: omni itaq; uirtuti patiẽtia iure præfertur. Vt etiam casto corpoꝛ. Deo seruiret:& mundo corde placeret:Incontinentiam non solum fugiebat:sed etiam uituperabat: Quisq; enĩ temperans Voluptates fugit:

Hũilitas

Labores

Afflictiones

Eruditio

Princeps

Melania sancta

Iob Patientia

Tẽpantia Quæ impedimẽto prudẽtiæ sunt: Tẽperantia aũt est Prudẽtiæ cõser uatrix. Cũq; i oĩ gradu & sexu boni & mali reperiant: Iccirco Iuuenũ fugiebat cõsortia: & Comatulus comptus atq; Lascíuus dom⁹ suæ, te

Minister cta nõ uidit: Nã piculose tibi ministrat: cuius uultũ frequẽter attẽdis: Et nitẽs cutis Sordidũ oñdit Aĩum: Nec æthnæi ignes/nec Vulcania tellus/tantis ardoribus æstuant/ut iuueniles Medullæ Vino præserti plenæ & dapibus: itaq; si loquendi cũ uiris incubuisset necessitas arbi tros non deuitabat; Peregrinãtẽ & Orphanũ/Viduam & Pauperem/

Bñficium uel pupillum uacuo gremio a se non dimittebat: Est.n.ipsius uirtutis

Lanificiũ beneficia potius cõferre q̃ suscipere: & honesta potius agere/q̃ nõ age re turpia. Hinc ẽt pensa & Lanificiũ ad lucernã uigilanter exercebat: Imitans sane Augusti Iuliã ac Neptes: Quas ita instituerat ille ut etiã Lanificio assuefaceret: Vetaretq; loqui: aut agere quicq̃ nisi palam. Et Brutus itẽ ad Bellũ exiturus Porciã Vxorẽ iterpellantẽ ad Colum & Telã remisit: Et Homerus Heroidib⁹ quoq; id Opificiũ tribuit: A Sa

Ocia lomoneq; Prius Eiusmodi Fœmina Mire est Laudata. Nõ ergo parũ decorẽ est/ẽt illustriori loco natis lanificiũ exercer: Ne ocia ignauum

Vita corpus corrũpant: uelut aquis accidit: quæ uitiũ capiunt ni moueant. Neq; bonus is est qui bonis actionibus nõ oblectat Cæterẽ q hoium uita tenui filo pendet: & ualida subito casu ruunt: hẽtq; natura ut alia rum rerẽ/sic uiuendi modum: q nihil est/quod non conficiat & cõsu

Mors mat uetustas/pro nefas: Diæ Marcellæ aĩa matronalis uitæ specimen & exemplum: relicto corpore Cũ magna ciuium oĩum beniuolentia fide pace atq; cõcordia migrauit ad superos. nã migratio est: quam di cimus mortem. Quã illa ceu postremũ uirtutis præmium/& malorẽ terminũ contemplans/(Viuimus.n.ut nunq̃ amaro sensu careamus: immensa laborẽ serie) dicebat/Mori sibi lucrum esse: q mortẽ gaudia ꝓsequuntur: Cupereq; dissolui: ut esset cũ Christo. Quod optare certe possunt hi soli: quibus ante acta uita & cõsciẽtia recte factorẽ arridet. Nec ullo mõ ad superũ gloriam penetrabimus/aut imortalitatẽ asse q̃mur: unq̃ nisi corruptibile hoc primũ corruat: & mortale hoc iduat corruptionẽ. Excelsa ergo & insuperabili fortitudie & dolorẽ & mor

Dolor tẽ calcabat: q dolor distrahit/atq; corrũpit naturã eius/q hẽt ipsum. Nemoq; iustus esse põt. qui mortem: qq; dolorem timuerit: Hinc mo

Moses riens (uti & Moses) filiis inquit: Caput uestrum nõ denudabitis/& ue stimẽta nõ scindetis: Viuit.n.quæcunq; credit in Christũ. Hæc hacte nus: ut sanctissime principis optima uita externis etiã nota foret: quæ quotidiano ieiunio cælestem panẽ inuẽit: Itaq; gaudio & ueluti quo dam tripudio oĩum animus efferri debet: filiorẽ potissimũ: quos pru dentes & disertissimos (Nã & ipsa optime istituerat eos uti Cornelia

Gracchos suos) Imprudens ego solari nō ausim: Doctorumq; notas sententias ī medium ferre. Vnum tātum ēt atq; etiā opto: ut pudicæ puellæ/optimiq; Filii/ Ac tota Domus felicissime Longa Vita fruantur: Diuie Marcellæ obitū æquo Aio tolerātes. Dixi. Reliquū est &c.

¶In Funere illustris & inclyti principis Nicolai Caietani: ubi aliq̄ De eius magnifica domo: atq; parentibus: De Fratribus Iacobo scilicet ꝓtonotario apostolico. & Gulielmo Iuuene strenuissimo. De cōmodis Sermonetæ ipsorum regiæ. Titulo Vicesimo secundo.

QVi forma præstātissim⁹: Eloquētiæ lepore sūmus: Armis & toga maxius: Cui soli hoīum uirtus oīs cōtigerat: Cui ingenium sapiā ualidū: In quo uno totius latii spes tota/ & salus sp incubuit: Magnificus atq; Illustris Princeps Nicolaus Caietanus quo nihil elegantius: nihil hūanius ob suauissimos eius mores: singularēq; ꝓbitatē atq; cōstantiā: Cui labor in negociis: fortitudo in periculis: industria in agēdo: Celeritas in cōficiendo: cōsiliū in ꝓuidēdo. Qui ueritate amicitiā: fidem societatē: pietate ꝓpinquitatē colebat. pro Iuppiter. ante diem occidit. Heu q̄ breuib⁹ causis ingentia pereunt: Heu q̄ breues & mutabiles reꝝ uices: fortuna nunquā simpliciter indulgente. Mortu⁹ est ꝓceres optimi Nicolaus heros fortissimus Cuius aīus uirtutum oīum præsidio munitus/ illaꝝ decore fulgebat. ¶Itaq; tollendus ad mundi axes: Tum ꝙ elatio oriūdus locoꝝ oīum præstantissimo unde & lingua latina ab eo nomē accæpit: Tum ēt excellentissima eius domo Caietana: quæ non modo ausonidum/ sed aliaꝝ oīm pre se fert principatum: nec inferior Aemiliana seu Scipionum familia gestoꝝ titulis & uirtutum: Quid. n. de parētibus omni uirtutis officio ꝓstātissimis referam? Quoꝝ quidē alteꝝ Honoratū uidelicet re & noīe/ magnanimo illi Troianoꝝ duci/ tum pietate: tum gestis merito ātetuleris: Alteram uero pudicissimā. s. atq; diam Matronā Catharinā Vrsinā: Cum oī uirtute: quæ in fœminas cadit/ Functa sit: Nobilissimæ & Prudentissime Liuiæ Drusillæ: quæ sola Augusto Octauio impatore digna ē habita. ¶Tum ꝙ educatus & eruditus tota pueritia prudentissime fuit tanq̄ Achilles a Chirone centauro & bello & armis discplinisq; optimis apud regia sceptra/ tū Ferdinandi Parthenopæi/ tum etiam Galeazi Mariæ Mediolani Ducis sapientissimi. ¶De corpore uero quid dicam? Cum egregius forma/ cum citus/ cum fortissimus hēretur: qualem & q̄ntum Rutuloꝝ regē Turnū accæpimus. ¶Quid de aīo tā iusto tā moderato tam sapienti/ tam Strenuo loquar? q̄ñ Fabritiū alteꝝ/ Martiumue aut Curiū appellaueris? ¶De Continētia eius/ de fortitudine: prudētia bēignitate & liberalitate in omnes/ religionisq; studio: q̄nam referre potue/

Fortuna

Caietana domus

Honorat⁹

Cathæria

ris:nisi ꝙ Põpilio añponeres? ¶ Quid đ officio militari:q̃ sagax i eo? q̃ acutus:impiger:audẽs magnaius alacer:optius impio:fortis bellator.reꝶ cõsultus:& solertissimus? Iure igitur Xanthippo Lacedæmonio carthaginẽsium assertori & ꝓpugnaculo:Siue Camillo:de quo poeta,Et referẽtẽ signa Camillũ:præponẽdus. Qua pp eũ hostes maxie formidabãt:eũ serui metuebãt:eũ liberi uerebãt:eũ charũ oẽs hẽbant:eoq; magis ꝙ dabat opam:Nequa ciuiũ dissidia fierent:quæ.n.

Odia — domus tã stabilis:quæ tam firma ciuitas ẽ:quæ nõ odiis atq; dissidiis

Pax — funditus euerti possit? Itaq; pacẽ(quæ est trãqlla libertas)ingrebat ut

Cõcordia — bella fugeret:qm̃ cõcordia paruæ res crescũt:discordia maxie dilabũtur:Diligebat ergo ab oib⁹: Cũ reꝶ oium nec aptius sit qcq̃ ad Opes

Diligi — tuendas q̃ diligi: Nec alienius q̃ timeri. Vnde & iustus erat:ꝙ funda

Iustitia — mentũ ꝑpetuæ cõmẽdationis & famæ est iustitia:sine q̃ nihil põt eẽ

Pietas — laudabile.Erat in eo spiritus sapientiæ & intellectus cõsilii & fortitu

Deus — dinis scientiæ & pietatis.Quæ qdem est deũ pura mente colere:Quæ ẽt erga p̃riã aut parẽtes:aut alios sanguine iunctos officiũ seruare monet. Timebat deũ:ꝙ beatus uir q timet dñm:Veraq; Vita est:Deum nosse:Timere eius Potentiã Amareq; Pietatẽ: ¶ Erat magnaimus & benignus & clæmens:Vnde alterius angustias ita sentiebat:ut suas:Qua de re angustia ꝑssis ita succurrebat:ut sibi i tali casu succurri optasset. ¶ Nõ erat auarus:nõ inuidus:nõ detractor:nullũq; malum pro

Ira — malo reddens.Iracundiã intra pectus nõ admittebat:Cũ q̃ nihil recte fieri:Nihil cõsiderate põt.Et oĩs iactantiæ atq; supbiæ malũ cauẽs:lin

Lingua — guã ab oĩ mendacio:ab iuramẽto ab oĩ periurio abstinebat.Eiusq; au

Aures — res nõ nisi sermonib⁹ sanctis & ueris auditũ præbebant.Lingua nunq̃

Manus — obscæna aut turpia loq̃bat.Manus ad accipiẽdũ clausæ:ad dãdũ aper

Oratio — tæ sp.Erat in eo oratio ampla/deuota/& pura:pro oĩbus.n.rogabat.

Impœnitens — ¶ Et qm̃ nihil magis deo repugnat:q̃ cor impœnitẽs. Nec ulla re sic deus irascitur.q̃ si peccator supbiat nec misericordiã postulet pro deli

Pœnitentia — cto:ad pœnitẽtiã paratissimus fuit sp:ut a misericordiæ iudice ueniã (quæ ẽ pœne debitæ remissio)cõseqret:nõ.n.deus cogeret pœnitere

Venia — nisi ueniã pœnitẽtibus cõcessurus esset. ¶ Eius itaq; mores & uirtutũ uestigia merito ꝓsequunt.Germani fr̃es:Sapiẽtissim⁹ qdẽ Iacobus oĩ honore & laude dignissimus:Cum nullius uirtutis sit expers:aut indigẽs:Vñ nec forsitan laudaret eximie:Si in eo peritiã litteraꝶ comme

Iacobus — morarẽ:siue oris facũdiã:suauitatẽ:iucunditatẽ:aut eius cõstantiam:cõtinentiã:grauitatẽ:Multã præterea Historiarũ memoriã:Naturalium rerũ & moralium:scripturæ ẽt sacræ:sanctarũq; legum:& ueræ Theologiæ cogntionem:Qui adeo omni ludum nitore ardet cõspicuus:ut par esse meritis sermo esse nõ possit. Quid igitur tantis & tot

uirtutibus dignum precari debes: Nisi ut Militantis ecclesiæ Sceptrũ
Diuina grã illi gestare pmittat. ¶ De Gulielmo aũt præstãti & egre- Gulielm⁹
gia forma: & sũmæ spei adolescẽte qd referam: Scitis.n.quid illi gra-
tiæ in uultu: quid iucunditatis ĩ sermone: quẽ sũmi ingenii uigorẽ: &
quã præstantiã placidæ & altæ mentis ostendat: Nec ẽt fugit aliquem
supioribus ãnis q̃tã liquerit stragem in Vmbria: nã aliis fugientibus:
Solus ipse pugnæ nodus & mora fuit cũ dura gente uirisq; acrib⁹ ma
nũ cõferens. Iure igit Ausoniæ præsidiũ appellaueris Et Lauso mezẽ
tii/aut pallanti euandrio cõparaueris. ¶ Ii ergo Nicolao fratre iam de Principes
functo oẽs Dicionis eo⁊ populos mira prudẽtia regent: principes.n.
constituti sunt: ut populos foueant ac ptegant. Ideoq; nõ ab re Nico-
laus Virtutũ decus & catholicæ sanctitatis norma: extremũ spiritum
agens: multa mãdauit multaq; monuit. subiectos populos illis cõmẽ
dans: Ante oẽsq; Sermonetã ipso⁊ principũ cunabula atq; regiã: Cũ
sit in ea quod de tota Italia scribit: peremnis salubritas: est.n.antiquo
in latio: Sit & cæli tẽperies: tam fertiles campi: tam aprici colles: tam
opaca nemora: tanta olea⁊ & pomo⁊ fertilitas: tot lacus: tot amniũ Ingenia
fontiumq; hubertas: tantaq; uiro⁊ ingenia & doctrina: Acutiora.n.in
genia & ad intelligendũ aptiora sunt eo⁊: q terras incolunt eas: ĩ qb⁹
aer sit purus ac tenuis: q̃ illorum qui utantur crasso cælo atq; concre-
to. Qua in Vrbe defunctum fidissimi ciues innumeris psecuti sunt la-
chrymis: Nemo.n.fuit doloris expers amisso patriæ parente: pbitate
mo⁊ & ingenii elegãtia claro: Respuente crudelitatẽ & matrẽ crude
litatis iram: q; ex sæua aĩaduersione nulla regi gloria est. Nec minus
turpia sunt pricipi multa supplicia q̃ medico multa funera: Regibusq; Supplicia
certior est ex mãsuetudine Securitas. ¶ Quod & uos Fratres imitatu Securitas
ros nõ dubito: quo⁊ cõsilio & puidentia trãquilla pace subiecti oẽs
fruent. ¶ Et quia nullius aĩa: quũ semel a corporis carcere euolauerit:
lachrymis reuocari põt: Iam Supprimendæ sunt illæ: opponẽda quæ
rebus aduersis fortia pectora: quoties enim aspera patienter ferunt & Tolerãtia
mitia & leniora fiunt: hiq; optime miserias ferunt. qui abscondũt: eoq;
maxime lachrymis adhibẽdus est modus: quæq; acciderũt æquo aĩo
ferre debetis: q; Nicola⁹ iclyt⁹ heros iã uita & grã sempiterna Virtutis
opere ĩ paradisi delitiis fruitur: qua uita nihil beatius: nihil oĩbus bo
nis affluenti⁹ cogitari potest: Nã tum maximus/tum æternis uolupta Beatorũ
tibus affluit. q; nulla in cælo: nec fortũa nec temeritas nec erratio: nec uita
uãitas inest. præclaro⁊q; aĩ hoĩum diuini sunt & æterni. qa mors nõ
extiguit hoĩem: sed ad præmiũ uirtutis admittit: Nã uirtutis præmiũ Animus
est post mortẽ: Qui aũt se uitiis aut scelerib⁹ cõtaminauerit: uolupta Mors
tibusq; seruierit: is damnatus æternã luet pœnam: quam diuinæ litte-

mors secũda tæ secũdã mortẽ nominantiquæ est & ꝑpetua & grauissimis cruciatibus plena: Sunt.n. Inferi: & sedes priorum ab impiis discretæ ut etiam

Inferi Zeno Philosophus asserit: itaq; alii luunt pœnas in tenebrosis locis atq; in cœni uoraginibus horrendis. Alii uero quietas & delectabiles incolunt regiones: ut Nicolaus Heros/a diis immortalibus Ereptus ex his Miseriis atq; iniquissima conditione uitæ. Post has mundi tenebras uisurus Clarissimam lucem. Dixi.

¶In Funere Metelli Badii Viri doctissimi. Tit. txxiii.

Relata Metelli Badii peracerba & luctuosa mors te/adeo me undiq; mæror/afflictatio/luctus & angor inuasere/optimi & eximii ciues: ut illico maximã lachrymarũ copiã usq; profuderi. Cũ igit͛ ita mæstus/ita exterrit⁹/& fere Exanimis nedũ exanimatus adhuc perstem: & ipse cõsolatiõe & prudentissima & ueheměti egerẽ/potiusq̃ aliis cõsolãdis uacarem. Vbi tñ rogat⁹ sum obseq̃uẽdi studio ꝑ uirili nitar de sũmis Metelli infelicissimi laudib⁹

Patria aliquid iã disserere. Adeste quæso. ¶Si patria quispiam: si atauis: si parentibus/si doctrina & moribus laudari põt. Quis ille qui Metellũ ẽt atq; ẽt laudãdũ inficias eat? Venetiis.n. locupletissima nobiliq; & illustri ꝓgenie ortus. Quæ sane ciuitas imperio & cõsilio/& autoritate tãtum italiæ cæteras præstat: quantũ alias Roma pluris erat/q̃ reliquæ orbis terrarum. Vrbes &.n. multæ & ãplæ & populosæ/atq; insignes multaq; regna illius & ditissimæ & mirandæ dicioni addictæ. ¶Ex

Attaui Atauis legit͛ Callimachũ artibus eruditum liberalibus multas & optimas patriæ cõstituisse leges: ut palã cunctis. Fuit item ex hac clarissima sobole. C. Graccus uir impiger & strenuissimus in re militari: q̃ patrii ductor exercitus innumeras Parthenopæi regis apud metaurũ cohortes non ꝓcul foro Sẽpronio deleuit. Vbi siquidẽ hostiũ decẽ millia (ut historici asserũt) desiderata: Sociorũ uix duo milia. Possem adhuc plurimos eiusdẽ Sobolis haud dissimiles enatrare: uerũ ne auditorib⁹ tædio forẽ/ad clarissimũ & egregiũ Tydeũ Metelli patrẽ diuertam.

Pater Qui quãta & ãplitudine & autoritate fuerit/aperire nõ mihi opus: cũ oĩbus liqueat. Verumtñ illius eloquẽtia credi poterat/nõ longe inferior illa philosophi: q̃ Theophrastus ob diuinã quodãmõ eloquẽtiã ab Aristotele appellat⁹. poterat ẽt cõparari piclis eloquio Atheniẽsis: q̃ dicẽdo tm̃ ualuisse fert͛: ut suorũ ciuiũ aĩos: quo libuerat/facile duxerit Hac re igit͛ apud Venetos oĩs & eloquẽtissimus & sapiẽtissim⁹ iudeus hẽbatur. Quantaq; claritudine: quãtis aĩ dotibus fulserit/explicandũ minime: q̃ oĩbus luce clarius illũ Equestri ordini Sũmo pontifice ascriptũ fuisse: ab Venetis suis Nouemuirum numero/atq; collegio. quo quidem ad summũ facile poterat gradum euader͛. cũ ex illo

Senatus & populi princeps eligi soleat & certe electus esset:si auara fata & impia illius uitæ spatiũ longius aliquãto nõ inuidissent. Eius attamẽ celebratũ funus pompa ingẽti atq̧ illustri: Cæreisq̧ innumeris & omnis ordinis Sacerdotibus: haud aliter q̃ in funere aliquo uel regio:uel impatorio fieri solitũ. Qua de re iure ac merito hĩta est oratio funebris a clarissimo & doctissimo Saldino. ¶Iure ẽt memoratu digna/& laudibus ꝓsequenda Mater Cornelia: Matrona qdẽ castissima & uenusta in primis: De cuius nobilitate & moribus loqui nil opus: Cuncti &.n. certiores estis eam. Q. Metelli filiam/uiri & sapientissimi & inuictissimi:qui ꝑ salute augendoq̧ patriæ Regno dimicans: subacto pannoniæ rege Priamo cũ insigni triumpho domũ regressus est. ¶Natus ergo Metellus Badius istiusmodi pa͞etib⁹ ab ineunte ætate uirtuti deditus & Cognatis & patriæ & externis oĩbus:q eũ cõspexerint optimã de se spem obtulit. Qua de re eius mirabili indole incensi parentes:anteq̃ infantiæ tẽpus præteriret:in discipulum ac filiũ pitissimo & sapientissimo uiro Pomponio Læto tradiderunt:imitati equidem Macedonũ Regem Philippum:q Alexãdro filio Philosophoꝝ principem Aristotelẽ sapientiæ præceptorẽ elegerat:illi reputans uirtutes omnis præceptori cuiq̧ necessarias nõ deesse:& doctrinã & pudicitiã. Sub cui⁹ Pomponii disciplina Annis decẽ moratus: ita pudice atq̧ assidue Studio incumbebat:q duo de uicesimo anno & grãmaticus:& poeta:& orator euasit. ¶Contulit se deinceps Pataujum: Vbi annis quinq̧ tanta cura & diligẽtia noctes & dies operam litteris adhibebat:ut anno quidẽ uicesimo tertio septem liberalium artium cognitionẽ mirandã & pfectã nancisceret. non Latine dumtaxat: Verũ & Attice. Hinc maximo cum honore:& Hilari fronte: Animoq̧ ꝓmptissimo a doctoribus eximiisq̧ philosophis aureum insigne uigiliaꝝ suaꝝ pignus & monumentũ recæpit. ¶Rediit posthac in patriã expectatissimus. ubi sũmæ doctrinæ:sermonisq̧ lepidi fama & nomen suum ita excreueat:q quum Pannoniæ regi orator mittẽdus esset: Senatus omnis & populus uno ore Metellum Badium elegerunt. qui eo profectus ab Inclyto rege tanta ueneratione receptus est. quod ab Regia sua ultra Viginti passuum milia equites centum aureis torquibus decoratos illi obuiam misit. Quorum cuilibet erant comites quinquaginta. Rex etiam ipse extra limina passibus triginta expectans ingenti gaudio & lætitia illum complexus est: & recæpit. Quanta equidem uix unquam Pius Aeneas a Punica Regina: uel Latino socero post Turni cladem receptus: Iunctisque manibus regiam petierunt: ubi & Regi & illius proceribus orationem Metellus habuit:non secus:quam uel Caro: uel Cæsar:uel Cicero: uel Atheni.

Mater

Metellus Badius

Pataium

Orator in Pannoniam

ensis orator habuissent. Qua qdē absoluta cuncti sed Rex potissimū
sūma illius doctrina: huberrimaq; facundia diutius admirabūdi stupi
diq; effecti ora cōtinuerūt uti & Apollonio græco oratori. M. Tullio
græce orante legimus accidisse Iunctis iteꝝ manibus penetralia sup.
bis aulæis auratisq; trabibus ornatissima īgressi sunt. ubi Regifico lu
xu paratæ dapes: & quātas & q̄les Aeneæ Didos Euander Herculi He
roibus: uti legit: mime parare potuerint. Amotis deīde mēsis: hitoq;
sermōe de regno: de reb⁹ magnis & īclytis uelut de Scipiōe Aemylia
no & Masinissa rege Nūidiæ scribit: post mltā noctē suo thoro qlibet
acqeuit. Præteritis inde diebus aliquot & responso & grā ex sentētia
hitis: maxīo cū honore & gaudio patriā petiit. Quocirca breui exīde
Orator ad sūmū Pontificē Innocentiū octauū electus. Qui primū illu
strissimæ dn̄ationis Venetæ grā: deinceps noīe & fama uirtutū eius
doctrinaq; eximia & multiplici extra urbis portā mille passibus & ul
terius: triginta Episcopis: duodecī Cardinalib⁹: octoq; Regulis pedi
tum atq; eqtū octīgētis honestatus & comitatus est. Viæq; passim &
Romanis: & Externis refertæ uisendi Gratia Metelli Babii excellētiā:
Magno igit cū triūpho in contuberniū suū deductus. Sequenti luce
Sūmū pōtificē uisens hilari uultu acceptus est. Cognito posthac Vir
tute: Doctrina: Eloquētia: Inclytū: Illustrē: eximiū eē. tāto in illū amo
re affectus est: ut si forte dies præteriisset: quo eius aspectu careret: sine
mærore nō eēt. ¶ Iccirco ubi accidit: eligendū Carnoꝝ præsulē Inno.
cētius sponte sua Metello statim nec alii honorē hunc tradidit. Cui ui
tæ cursu defuncto suffectus ē Alexāder sextus. Itaq; Metelli fama ille
ctus illū acciuit. Hortatusq; est: & rogauit apud ipsum morari: pollici.
tusq; ei⁹ aīo breui satisfactū iri. ¶ Sed o fortunā: q̄ nemo diu fouetur.
O mortē acerbā: iniquā: importunā. O fata aduersa: Priusq̄ Alexāder
primū sui pontificatus annū præteriisset: fuit Metellus dira peste opp̄s
sus. Et si ꝓuidētia recte ꝓspiciēs adesse mortē ab urbe migrauerat: ru
riq; oī cōtagione semotus se cōtineret. O Phœbe: O Pallas: O Liber:
O musæ obiit ille Sacerdos: ille minister: & præsidiū & decus uestrū.
Miseri latini: īfelicissimi studiosi iacturā hoc āno ꝑpetuū adeo grauē
adeoq; onerosam fecim⁹ ꝙ alias nūq̄ fortassis eiusmodi latinæ līguæ
cultorē nobis adesse cōtigerit. Erat. n. Metellus illius & curiosus: & pe
ritus & studiosissim⁹: ingenioq; solerti & perspicaci. Qua pp Res oīs
obscuras ambiguas: & obstrusas: facile claras certas aptas reddere po
tuisset. Quod plane eius sūma diligētia & acumē oñdunt: Quibus La
tinæ linguæ codicibus plurimis emēdandis: Græcorūq; uoluminib⁹
latine p eū traductis est usus: Quorū tn̄ portionem maximam fatoꝝ
sæuitia: fortunæq; liuore nō ualuit exequi. Conuoco igitur Latinos

orator ad Pōtificem

Carnorū Præsul

Mortis deplora tio

omis: & Græcos: & Barbaros: oi̅sq; studiosos ad luctum. ¶ Vos aũt Germani eius Clarissimi & insignes ad unum hortor Metelli uestigia imitari: ut facitis: q merito nunc afflicti in tãta calamitate fortitudinis munere fungi debetis: Cogitareq; mortaliũ uitã oĩbus fortunæ telis obiectam Cogitare ẽt mortẽ & Bene & Recte Viuentibus transitum esse ad meliora. ¶ De Metelli sanctissima uita dubitarit nemo. cum a teneris annis pudicissimus & cõstantissimus oĩ uirtutum genere usq; ad ultimum fuerit. Nã quid de pietate in deũ in patriã & parentes: de liberalitate in fratres eiusdẽ & sorores: de beniuolẽtia in oẽs: Quid ẽt de tolerantia sua in ꝓsperis & aduersis: De ratione prauæ Libidini dominante: Quid de Verecundia & Innocẽtia in oẽs dixero? Profecto hæc eius uexilla talem Metello triũphum contulere: q̄lẽ ab iis sanctæ & appetendæ uirtutis comitibus segregatus adipisci poterit nullus. Credite igit̃ ꝓculdubio credite beatoꝝ sedibus Metellũ assũptũ esse: & morte imortalitatẽ redemisse. Cuius quidem & nos portiunculã cõsequemur: si uelut ille uirtuti dediti passim fuerimus. ¶ Reliquũ est uiri præstantes agere põpæ grãs: Cuiq; igitur luctuosum funus comitari & honestare dignato: Badiæ familiæ noĩe gratias ago q̄ maxĩas: Deum orans illi concedat: oĩbus ac singulis digna præmia posse reddere tum iucũdis tum lætis rebus. Valete iam cuncti: & Viuite. Dixi.

cõsolatio suorum

Defuncti laudes

Grãrum actio

Monstrum Gemellorum

¶ Anno Christianæ Salutis. MDIII. Sextodecimo Calẽdas Apriles: idest die Martii decimo septimo pria Sextæ feriæ: idem diei Veneris hora: Alexãdri Borgiæ Sexti Pontificis sũmi Anno. xi. ĩ urbe Roma Hispana mulier Hagnes appellata nata ãnos ut ipsamet rettulit mihi duos & uigiti. (Cuiꝰ Vir Aluerꝰ dicebat Hispanꝰ ẽt & ãnoꝝ trigita:) Gemellos pepit ab Vmbilico pectora utrinq; pellicula triũ digitoꝝ lata cõnexos. Vmbilicus aũt unicus ambobus erat in medio qdẽ ex infimo amboꝝ cõfinio depẽdẽs. Vtriq; mares: utriq; speciosi: cuiq;. n. sua pfecta & integra mẽbra. Eoꝝ alter: Cuius Caput prius editũ partũ per uixit: Alterius caput extinctum exiit difficulter Huic manus dexteræ pollex in summo bifidus: duo. n. digituli cum suis unguibus extabant. Erat ambobus statura gemellis conueniens. Eosdẽ incolæ fere omnes urbis romæ: & Episcopi & Cardinales aliqui iuxta ædem diui Saturnini in Regione sancti Angeli cõspexerunt: e fenestra enim nõ alta nimis duo iuuenes humanissimi toto ferme die omnibus eo concurrentibus ostẽtabant. ipse etiam manibus meis contigi & tractaui: Vt testimonium rectius ac uerius posteris perhiberem. Hora autem Vicesima secunda perlati ad Summum Pontificem (ut aiunt) paulo post ad parentes humandi remissi sunt.

¶Ant. Mancinellus Veliternus: Cuiq patrnti Cuiq Filio: Filiæq: & Præceptoribus.

¶Parētum incuria: Liberorum improbitate Offensus: quid illi: quid hi agere debeant: collegi. Et quoniam summa Scriptorū auctoritas: dignitas: & maiestas: magis ac magis monere solent: illorū præcepta: sententias: & uerba excerpsi Diuisimq dicta cuiusq loco suo notaui. Quibus cognitis / atq obseruatis: Parentes in liberos diligenti cura: liberi in parentes summa diligentia: honore: & pietate utentur. Vale lector. & me dilige: eiusmodi præceptorum executor. Doctores autē in Scholis eadem Pueris: adolescentibusq die quoq (ut ipse quidem soleo) interpretent: Sic enim dum Filii sunt parentibus obsequentur: Sic ubi Patres erunt Filiorum curæ inuigilabunt. Hæc Oruieti (quæ urbs & ciuitas Hetruriæ inclyta) Nono Calendas Februarias. Anno Salutis. MD.

Ex Quibus Auctoribus.

¶De Parentum Cura In Liberos: per Ant. Mancinellum Veliternum.

¶Ad Inclytum Virum: Iustinum Carosium: Vtriusq; Iuris Doctorem eximium: Ciuemq; Veliternum Illustrem: Consistorii/Fisciq; Aduocatum prestantissimum.

Quo ritu Soboles/quibus instituenda parenti
Moribus: edocuit Graius/& Hesperius.
Pene simul cunctos olim Iustine coegi:
Ne rudibus latitent: quæ latuere diu.
Ipse parens igitur Natorum commoda norit:
Hi uero colitur qua pietate parens.
Hac ratione uelis Sophiam Vincentius: atq;
Tullius euoluāt: Natus uterq; tuus.
Te duce Gymnasium rursus mihi contigit urbis:
Me duce Filiolis hæc monumenta tuis.

¶Ex plutarcho de Liberis Educandis. Titulo primo.

SIqs illustriū eē filioꝝ pr̄ optat: id ei ꝓponēdū arbitror: ne uilib⁹ Aut Abiectis sese deuiciata mulierib⁹: q̄les meretrices sunt: aut pellices. Quib⁹ n. ulla ex pr̄e: uel mr̄e: innata ē macula: Eos quoad uita supsit: Indelēda quædā gnobilitatis conuicia comitātur. quæ increpare: carpereq; uolētibus: ī ꝓmptu magnopere sunt. Pulchræ igitur libertatis/ac licētiæ thesaurus est: Bonis ꝓcreatū esse parentibus. Quæ res/his plurimi fieri debet: qui legitimam exoptant sobolem.

¶Qui se mulieribus generandæ gratia sobolis admouent: Ii uino sobrii/aut uino saltē modestissime dlibato/cōgressum faciāt. Qui b⁹ n. ex initio ut a genitoribus per ebrietatē seminarentur: accidit: Ii uini auidi/ac temulenti nimiꝝ esse solent. Ea ꝓpter quū Dioge/nes/quendā ex temulentia alienatæ mentis Adolescentulum desi- Ebrius
pere cerneret: Adolescentule inquit: ebrius te seminauit pater.

¶Cōsuetudo ē: quæ lōgæua pmāeat: Qua ī re unicū sumat exēplū. Cōsuetu-
Lycurgus ille spartanoꝝ legis lator geminos ex iisdē parentib⁹ ca do
tulos suscipiēs haud similibus educauit moribus. Alteꝝ. n. Heluo
nē: luxuriaq; solutū: Alteꝝ indagine sagacē: & uenationib⁹ idoneū Catuli
reddidit: Postea quū aliqn̄ Lacedæmonii unū in locū cōuenissent: duo
Ad parādā inqt uirtutē uiri Lacedæmōii ingēs ē momētū cōsuetudo: disciplia: doctria: & uitæ istitutio. quæ uobis illico māifesta uæ

hementer esse faciam: Duos subinde catulos adducens quũ hollã i medio: Leporéq coram eis posuisset: Alter quidem i Leporé: Alter in Hollam magno erupit impetu. Quũ aũt Lacædemonii nondũ qdnã id sibi uellet: coniectarent. Aut quã ob rem Catulos cõtrasset. Hi ambo dixit iisdem orti parentibus: cæterum diuersam uitæ con suetudiné assecuti. Alter gulosus: Alter uenator euasere.

Educatio materna
Nutrices quales

¶Danda præsertim opera: ut Matres filios educẽt: eisq hubere porrigant: Maiori.n. cũ charitate: & ĩpensa magis diligẽtia nutrient. Nutrices uero suppositam quandam: & ascriptitiam béiuolentiã hñt: ut pote mercedis gratia diligẽtes. Quod aũt matres ipsæ quos genuerit nutrire: alereq cõueniat: ipsa ẽt natura demonstrat: nã iccirco lactis alimẽta suppeditauit: Duplices aũt mulieribus mammas addidit: ut si gemellos pepisse cõtigerit: duplices ad alendũ fontes hẽrẽt. Si uero id facere nequerint mr̃es Nutrices nõ uiles: uerũ quã maxime idoneas: pbasq suscipiendas esse censeo. Primũ qdé moribus instructas patriis: Sicut.n. Infantium mẽbra simulac nati sũt: formari: componiq debent: ut recta, minimeq obliq̃ fiant: Ita puerorum mores principio apte: cõcinneq fingere cõueniet. Illa nãq nouella ætas ad fingendũ facilis: & tenera est: & ipsorum animis dum molles

Aetas tenella

adhuc sunt: disciplinæ melius instillantur. Difficilius autem quæ dura sunt molliuntur: ita & doctrinæ dum puerilis adhuc animus est: insculpũtur. Pulchre igitur Phocilides poeta monuit: Dũ tener est gnatus: generosos instrue mores.

Pædagogi

¶Illud ẽt ne omittat̃ dignum est: ut Adolescentulos: qui alumnis cõ uicturi: ministraturiq sint: tales, in primis inqramus. ut bonis ueniãt instituti moribus. dehinc ut patriũ sermoné: ac expedita pnuntiare uerba sciant: ne barbaris uocibus: aut deprauatis moribus intincti: aliquod ex iis uitiũ reportẽt. Haud ẽ ab re illud usitatũ Sermõe puerbium: Si claudo uicinus hitaueris: & ipse claudus ambulare disces.

Præceptores

¶Inquirendi filiis pceptores: quorum uita nullis obnoxia criminibus: irreprehensi mores: & optimum experimentum.

Crates

¶Antiquus ille Crates: ubi in altissimam urbis partem conscendisset (si liceret) uociferaturũq se aiebat: Quorsum, rutis homines: q oẽ in comparãdis pecuniis studium facitis: Filiorum uero quibus eas relinqueris: Nllam sane curam suscipitis.

Eruditio
Socrates

¶Honesta uitæ regula: & legitima sit Eruditio: hæ quippe sunt, quæ ad Virtutem ac beatitudinem plurimum ferant adiumenti. Iccirco Socrates Gorgiæ percontanti: An Persarum Regem felicem esse putaret: Nescio inquit, quantum habeat uirtutis: ac disciplinæ, perinde ac in iis non autem fortunæ bonis persistat beatitudo.

¶Increpādi pleriq; merito sunt parētes: q pædagogis atq; præceptoribus filio ita cōmittūt: ut quid ii discant: neq; uideāt: nec q̄ ptinus audiant: qua in re plusq̄ opus sit delinquunt. Cum ipsi paucos itra dies experimenta suscipere: ac tentare debeant: non autem in mercenarii dispositione spem suā collocare. Nam & illi maiorem puerorum curam: ac diligētiam facturi sunt: quum rationem ubiq; redditurᵒs se fore scient. hoc itaq; generosum illud: lepidum ue Stabularii dictum notabitur: qui nulla alia re equum adeo pinguescere: q̄ regis oculo dixit. Parētum cura Pueri tentandi Oculus domini

¶Super omnia puerorum memoria exercenda: ea enim disciplinæ q̄si quædam cella penaria est: quam ob rem Memoriam esse matrem Musarum traditur in fabulis. Memoria

¶Pueri uera proferre consuefiant: Mentiri enim seruile est uitium: & a cunctis mortalibus odio insectandum. Mentiri

¶Iuuenum quidē peccata immensa plerunq; sunt: & Miseriarum plena. Ventris imodestia paternorum bonorum expilatio: Alea: saltandi pteruia: Ebrietas: Amores uirginum: Mulierum corruptiones: Adulteria. Horum impetus omni cura & diligentia coercendi: reprimēdiq; fuerant: Petulantem enim uigorē ætatis nō facile ad uoluptatū obseruabis incursu. Prudēntes itaq; patres hoc potissimū tpe summa custodire uigilantia oportebit ut adolescētulos ad modestiā inducant: instruant minentur: rogent: consulant: polliceantur. Iuuenum peccata Parentes uigilent

¶Generatim aūt liberos nr̄os flagitiosorum hominum cōsortio segregare decebit: eorum enim malignitatem reportant. Cōsortia

¶Parentes omnino asperos: & natura esse durissimos: nolo. at præteritorum nonnullis peccatorum concedendam interdum esse ueniam ducant: seq; iuuenes aliquando fuisse meminerint. Quemadmodum medici amara quædam uenena dulcibus miscētes humoribus: comitem utilitatis amœnitatem inuenerunt: ita & patres increpationum rigorem mansuetudine temperent: est necesse. puerorum nāq; desideriis remittendæ interdum habenæ: nō nihilq; laxādæ: q̄nq; rursus itēdēdæ. Leuia præserti delicta molli ferant animo Sin aduersus ipsos excanduerint illico timorem animi deponant: parentem enim celeres q̄ graues suscipere iras præstat. Parētum mansuetudo increpatō qualis Puerorū habenæ pentū iræ

¶Enitendum est: ut qui libidinibus succumbunt: & increpationibꝰ oio rebelles existūt: cōnubio subiūgant: Hoc siqdē tutissimū iuuētutis ē uiculū. Eas aūt despōdere filiis uxores cōuēiet: quæ nec multo nobiliores: ac ditiores sint: Sapiētia referttū utiq; puerbiū: Aeqlē tibi mulierē inqt: Nā q se ipsis longe ampliores capiūt uxores: nō earum maritos uerum dotis mancipia: fecisse se nesciunt. Lasciuis def uxor Spōsa q̄lis Pictaci consilium

Parētum exempla ℂ Ante omnia opus est: ut patres nō solum nihil peccādo: uerum etiā honesta singula peragendo manifestū se filiis exemplar exhibeant: ut in eo℞ uitā / q̄si quoddā speculū ītuētes / ab ope℞ simul & sermonum turpitudine se penitus auertāt. Nam siquis delinquētes obiurgat filios: tum is in eosdē illabat errores: hic ignorare uidet: sub illo℞ noīe sua se īcusare crimina. Et ut succincte dicā: Qui uita īprobe degūt: ii nullam in seruos aut liberos increpādi licētiā agūt. Et ubi impudens est senectus: ibi & inuerecundos esse iuuenes est necesse. Ad cōparādam igit filiis modestiā dāda opera est: ut oīa ꝓ re℞ conueniētia pficiātur Imitemur aūt potissimū Euridicem: quæ q̄uis illyrica: & barbarissima foret mulierum: ad erudiendos tamē liberos / quanq̄ in ætate iam prouecta / studium ac disciplinā attigit. Hactenus ex Plutarcho de liberis educandis. Subiiciā. M. Catonis exemplum ab eodem in illius uita memoratum.

Reprehēdens alios

Improbi

Modestia filiorum

Euridice docuit filios

Cato ℂ. M. Cato filium: quē primū p ætatem ītelligere potuit Litteris erudiuit: tam & si Chilonē Gratiosum Seruū Grāmaticū haberet: qui compluribus pueris ludum aperuerat: indignum (ut ipse phibet) ratus filium suū: si discendo tardiusculus esset: ab eo qui seruiret / reprehēdi: ac aurem distorqueri. Doctrinæ huius quoq̧ cā mancipio debere Gr̄as noluit. Ideoq̧ ipse Littera℞ Præceptor fuit: Ipse leges edocuit: Ipse exercēdi corpis magister nō mō iaculādi tractādi arma: & eq̄tandi: sed ēt pugno dimicandi: & calorē & frigus tolerandi: ac rapidos gurgites / & asperrimos fluuios ītrādi artes īstruxit. A b uerbo℞ turpitudine pn̄te puero sic tempauit: q̄si uestalibus uirginibus arbitris locuturus eēt. nec cū eo unq̄ lauit. id quod ab Romāis factitatū ē. Generos. n. cū Soceris balneū īgredi uitio dabāt: qm̄ mēbro℞ nudationē inspectātibus illis cū decore fieri nō posse iudicarent. Oīa igitur q̄ ad ingeniū & solertia filii ptinerent Cato ex snīa pfecit. Hæc ille. Conemur itaq̧ & nos erga filios / tales eēt q̄lem se Cato erga filium pstitit: Nos illos ꝓ uiribus doceamus: ne turpia ludant obseruemus: Exempla iis optima prebeamus.

Catonis artes

Catonis sermo

Balneum

ℂ Ex primo libro. M. Fabii Quintiliani. Tit. ii.



NAto Filio Pater spē de illo primū q̄ optimā capiat: ita diligētior a / pr̄cipiis fiet: Ante oīa ne sit uitiosus sermo nutricibus curā īpendat: quas (si fieri posset) sapientes Chrysippus optauit: certe q̄ntum res pateret optimas eligi uoluit. Et morum q̄dem in iis haud dubie prior ratio est: Recte tamen etiam loquant: has primū audiet puer: harum uerba effingere imi

Nutrix q̄lis

Sapor

tando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus: ut sapor: quo noua imbuas durat. Nec lanarum colores: quibus simplex ille candor mutatus est: elui possunt.

¶In parentibus uero quamplurimum esse eruditionis optauerim: uerum nec de patribus tantum loquor: nam gracchorum eloquentiæ multum contulisse accæpimus Corneliam matrem: cuius doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus. & Lælii filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam elegantiorem dicitur. & Q. Hortensii filiæ oratio apud triumuiros habita legitur non tantum in sexus honorem. Nec tamen hi quibus discere ipsis non contigit: minorem curam docendi liberos habeant sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. Parētum eruditio Cornelia Lælii filia Hortensii filia

¶Pædagogi aut sint eruditi plane: quod primā esse curā uelim aut se nō esse eruditos sciant: Nihil enim peius est his: qui paulum aliquid ultra primas litteras progressi: falsam sibi scientiæ psuasionem induerunt: Nam & cedere precipiendi peritis indignantur: & imperiosi: atque interim sæuientes: stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus: Siquidem Leonides Alexādri pædagogus (ut a Babylonio Diogene traditur) quibusdā eū uitiis imbuit: quæ robustum quoque: & maximum Regem ab illa institutione puerili sunt prosecuta. Pædagogi Arrogantes Leonides

¶A sermone græco puerum incipere malo: quia latinus qui pluribus in usu est: uel nobis nolentibus se perhibet simul quia disciplinis quoque græcis prius instituendus est: unde & nostræ fluxerunt. Non tamē hoc adeo superstitiose uelim fieri: ut diu tantum loquatur græce: aut discat: sicut plerisque moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima uitia in peregrinum sonum corrupti: & sermonis. Non longe itaque latina subsequi debent: & cito pariter ire. ita fiet: ut cum æquali cura linguam utranque tueri cœperimus: neutra alteri officiat. Græca Latina

¶Non sum adeo ætatum imprudens: ut instandum teneris protinus acerbe putem: exigendamque plenam operam. nam id in primis cauere oportebit: Ne studia: (qui amare nondum potest) oderit: & amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit: & rogetur: & laudetur. aliquādo ipso nolente doceatur alius: cui inuideat: contendat interim: & sæpius uincere se putet: præmiis (quæ capit illa ætas) euocetur. Docendi suauitas Aemulatio

¶Hi quoque uersus: (qui ad imitationē scribēdi pponentur) nō ociosas uelim sententias habeant: sed honestū aliquid monētes: prosequitur hæc memoria in senectutē & impressa animo rudi usque ad mores profi- Versus scribendi

Electa discantur

ciet. Etiam dicta claro℞ uiro℞ & electos ex poëtis maxime (nanq eorum paruis cognitio gratior est) locos ediscere iter lusum licet.

Præceptor q̃lis

¶ Si non cæca ac sopita parẽtum secordia est & præceptorem eligere sanctissimũ quenq: cuius rei p̃cipua parentibus cura est: & disciplinam: quæ maxie sæuera fuerit: licet. Et nihilominus Amicum grauem uiro℞: aut fidelẽ libertũ: lateri filii sui adiungere: cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciet: qui timebuntur.

Custos

Indulgentia parẽtũ

¶ Vtinam libero℞ nostro℞ mores non ipsi perderemus infantiam statim delitiis soluimus. mollis illa educatio quam idulgẽtiam uocamus neruos oẽs & mentis & corpis frangit: Quid nõ adultus cõcupiscet: qui ĩ purpuris repit? Nondum prima uerba exprimit: iam Coccũ intelligit: Ante palatũ eo℞ q̃ mores instituimus: Gaudem⁹ siquid licentius dixerint. Verba ne alexandrinis quidem permittenda delitiis: risu & osculo excipimus: nec mirum nos docuimus: ex nobis audierunt: nostras amicas: nostros cõcubinos uident: omne conuiuium obscænis canticis strepit. pudenda dictu spectantur. fit ex iis consuetudo: deinde natura. Discunt hæc miseri anteq̃ sciãt uitia esse. inde soluti ac fluentes non accipiunt i scholis mala ista: sed in scholas afferunt.

Parẽtum exempla

Præceptoris turba

Præceptor amic⁹

Schola petatur

¶ Nec ego tñ eo mitti pue℞ uolo. ubi negligat: sed neq præceptor bonus maiore se turba q̃ ut sustinere eã possit: onerauerit: Et ĩ primis ea hñda cura est: ut is oĩo fiat nobis faĩliariter amicus: nec officium in docendo spectet: sed affectum: ita nunq̃ erimus in turba.

¶ Hoc potissimũ loco tractãda questio est: Vtilius ne sit domini atq intra priuatos parietes studentẽ continere: An frequentiæ schola℞: & uelut publicis p̃ceptoribus tradere. Ante oĩa futurus orator: cui in maxima celebritate / & in media republica uiuẽdum est: assuescat iam a / tenero non reformidare homies: neq illa solitaria / & uelut umbratili uita idest domestica pallescere. Excitanda mens: & attollenda semper est: quæ in hmõi secretis aut lãguescit: & quẽdã uelut in opaco sitũ ducit: aut cõtra tumescit inani p̃suasione. mitto amicitias (in schola. s. cõtractas) q̃ usq ad senectutem firmissime durant: religiosa quadam necessitudine imbutæ. Adde q̄ domi ea sola discere põt: quæ ipsi p̃cipient: ĩ schola etiam: quæ aliis. Audiet multa quottidie p̃bari: multa corrigi: p̃derit alicuius obiurgata desidia: p̃derit laudata ĩdustria: excitabit laude æmulatio. turpe ducet cedere pari: pulchrũ supasse maiores accendũt oĩa hæc animos: & licet ipsa uitium sit ambitio frequenter tamen causa uirtutum est.

Diuitiæ

Schola petatur

Teneri corrigant

¶ Frãgas citi⁹ q̃ corrigas: q̃ ĩ prauũ iduruerũt: p̃inus ergo neq̃d cupiderire q̃d ĩprobet: neq̃d ĩpotẽter faciat monẽdus ẽ puer: hñdũq aio

semp illud uergilianum. Adeo in teneris consuescere multum est.

¶ Ex Pla one. Titulo tertio.



Teni hæc mihi mei filii:siue plantatio:seu filii generatio appellāda sit:omnium facillima extitit:Educatio āt difficilis:& semp ī timo:e maxīm metū sui cā subeūtis ita Demodocus loqtur in Theage de sapientia. Filii educatio

¶ Non enim est diuinius aliquid : de quo homo consulere queat: q̄ de eruditione sui atq̃ suoꝝ. Socrates in Theage. eruditio

¶ Non enim noui cui rei maiorē diligētiam q̄squis mentem habet: adhibere debeat:q̄ ut filium optimum reddat Soc.ibidē. filii cura

¶ Audistin Themistoclē filium suum Cleophantum in equestri facultate strenuū effecisse adeo ut equis rectus īsisteret? rectusq̃ ex equo iacularetur? cæteraq̃ pmulta stupenda perficeret:in quibus ille diligenter erudiri curauit? sapientemq̃ in singulis : quæ præceptores eruditi callebant effecit. Socrates in Menone de uirtute. Thēistoclis filius

¶ An non & Aristides lysimachi filius : filium suum lysimachum in omnibus quæ preceptores ulli profiterētur optime atheniensium omnium eruditum euadere uoluit? Socrates,ibidem. Aristidis filius

¶ Pericles uir magnopere sapiens duos filios educauit : Paralum & Xātippū hos tum in eq̄stri pitia: tum ī musica. tum ēt in certaminibus p̄ cæteris atheniēsibus instruxit. Vt deniq̃ in nullo eorū: quæ in arte percipiuntur inferiores alis esse uoluit. Socrates Ibidem. periclis filius

¶ Thucydides duos filios educauit:Melisiam atq̃ Stephanum. quos & cætera diligenter edocuit: & Palæstram in primis. ut in ea Athenienses reliquos superarint. Vnum quidem Xanthiæ: Euodoro alterum commendauit. Ii uero in palæstræ ludo cæteris omnibus illis temporibus præcellere putabantur. Socrates ibidem. Thucydidis filii

¶ Non ne bene nati:si bene etiam nutriantur: ita demum ad uirtutē perueniunt? Socrates in Alcibiade primo. Educatio recta

¶ In primis Iuuenum cura suscipienda est:ut q̄ optimi uiri fiant:quēadmodū bonum agricultorem teneriores primum Plantas curare decet:ac Deinceps aliis prouidere:Socrates in Euthyphrone. Tenelli

¶ Tum demum recte agitur:quum nulli prorsus peccantim : quisqs Ille sit:parcimus. Euthyphron in Euthyphrone Punitio

¶ Qui ratione punire aggreditur:non p̄teriti sceleris causa punit:neq̃ enim assequi potest: ut quod ē factum sit infectum sed ad futurum respicit:ne iteꝝ ant ipse delinquat:aut alius quilibet exemplo eius adductus:protagoras in protagora. Puniēdi ergo sunt praui filii: ne iterum delinquere ausint. Punitio cur

¶ Quoties tecum loquor/o/ Socrates:ita prorsus afficior ut existimē

Filiorum Educatio — insaniam esse: Filiorum gratia contendisse primo circa coniugium & ex matre generosissima nascerentur: deinde ut amplum illis patrimonium reliqueretur Illorum autem educationem negligere. Cryton in Euthydemo.

Filii refrænent — ¶ Videtur nobis q̄ diligentissima filiorum cura suscipienda: neq̧ agēdum putamus: quod multi solent: qui filios suos quum primum adoleuerint: ad propriam sinunt libidinem uiuere Immo uero tūc studium diligentius adhibendum: quare patrum negligentiam sæpe culpamus q̧ nos postq̄ adoleuimus in mollitie q̄dam & delitiis uiuere pmiserūt: resq̧ alioꝝ gessere. Lysimachus in Lache.

Filiorum cura Diuitiæ — ¶ Sæpe numero Socrates uæhemēter obstupui: quoties obiurgans homines/quasi deus exclames: Quonam ruitis Homines? Nescitis quo feramini: Neq̧ oportunum quicq̄ agitis: Qui omni studio Pecuniis cumulandis incumbitis: Filios autem quibus eas relicturi estis: negligitis. Neq̧ ut illi iuste uti sciant: eos iustitiæ præceptoribus commendatis qui doceant iustitiam: si doceri potest: & si exercitatione & consuetudine comparanda est: diligenter exerceant: Neq̧ uos etiam ipsos curastis unq̄. Clitophon in Clitophonte.

Punitio quid agit — ¶ Qui luit pœnas: a prauitate & turpitudine animi liberatur: Socrates in Gorgia. ¶ Peccātes igitur filii puniendo a prauitate & uitiis liberantur.

Imitatio — ¶ An non animaduertisti imitationes si a teneris annis incipiant: Perseuerētq̧ in mores: & naturam abire: tum quantum spectat ad Corpus: tum ad uocem: tum ad Cogitationem ipsam? Socrates Libro Tertio de Republica: ¶ Cauēdum igitur ut pueri ipsi optimas nō prauas & turpis imitationes a teneris incipiant.

Curanda — ¶ Curat autem quisq̧ maxime id: quod maxime diligit: Socrates ibidem. ¶ Si ergo filium maxime diligis: maximam quoque eius curam habeto.

Filiorum custodia — ¶ Ipsis principibus & primo & maxīe deus præcipit: ut nullius rei maiorem curam: custodiamq̧ suscipiant: q̄ natorum. Socrates ibidem.

Educatio — ¶ Educatio: Eruditioq̧ bona seruata: ingentia quoq̧ bona efficit: apparet itaq̧: quale cuiusque fuerit educationis initium: Talia fore ēt quæ sequentur. Socrates Libro quarto de Republica.

Ludus Iocus — ¶ Statim a primis annis pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt: Nā si iocis minus decentibus assuescāt: nunq̄ legitimi: probiq̧ uiri euadere poterunt. Ibidem.

Senior — ¶ Seniorem certe Lex nostra constituit præesse omnibus iunioribus: eosq̧ corrigere. Socrates: li. v. de rep.

Licentia — ¶ Vbi autem licentia: ibi quisq̧ arbitratu suo uitam instituet. Idem

lib.viii.de rep.

¶Profecto quæ in Pueritia discimus: diutius firmiusq; ut fertur meminisse solemus. Critias in Timæo: ¶Itaq; Parentes Curare debēt: Vt in Pueritia Filii Optima quæq; ediscant. Discere

¶Conandum pro uiribus: educationis: studiorum doctrinarū diligētia: improbitatem reiicere: assequi probitatem. Timæus in Timæo. Diligētia

¶Ab Ebrietate & uini repletione Iuuenes omnino abstineant: Atheniensis hospes. Li.ii. de legibus. Ebrietas Vinum

¶Nulli penitus interdiu uinum concederem: nisi exercitationis corporeæ: morborūq; causa Hoc Potu opus fuerit. Neq; etiam noctu uiro: uel mulieri: quando liberis operam dare uolunt ibidem.

¶Nemo liberorum gratia pecuniis cumulandis incumbat: ut ditissimos eos relinquat: neq; enim ipsis, neq; ciuitati id conducit. Sed census tum adulatione uacuus, tum rerum necessariarum non indigens: omnium decentissimus: & optimus est. Nam hic nobis ad omnia consonans accommodatusq; uitam ab doloribus remouet. Liberis ergo nō auri sed pudoris multum oportet relinquere. idem li.v. de legibus. Diuitiæ Honestas

¶Seniores sint coram iunioribus uerecundi: ac summopere caueant: nequis iuuenum eos aut uideat: aut audiat agentes turpe aliquid: uel loquentes. Nam ubi senes minus pudici sunt: Necesse est ibi Iuuenes impudentissimos esse. Ibidem. Senes modesti

¶Misereri autem decet eorum: qui sanabiles sunt: & cohibere iram, ne aduersus eos muliebri iracūdiæ feruor animus efferat: duriusq; insistat: Qui autem ita sunt flagitiosi: ut incurabiles sint: eis ira uæhementius immittenda: ibidem. Sanabiles Incurabiles

¶Nempe naturæ: & educationis prauitas ita corrumpit: ut nisi quis segreget sanorū integrorumq; morum: ac corporum genus: in singulis contagione interimant. idem ibidem. ¶Sunt igitur a prauo consortio filii segregandi. Cōtagio

¶Maxime uero connubio coniuncti Sponsus & sponsa tunc mentis compotes esse debent: quando non paruam ineunt uitæ mutationem: presertim ut ex q̄ maxime moderatis semper generatio fiat: Quare ut solidus: stabilis: & quietus cōceptus fiat. non oportet corporibus ebrietate diffusis dare operam liberis. Qui autem uino refertus est: tam animæ q̄ corporis rabie concitatus quouis & trahit & trahitur Iccirco Ebrius tanq̄ mente captus ad serendum est inutilis. Oportetq; ibi nuptias celebrare: ubi sit cum liberis suis habitaturus. Idem li. sexto de legibus. Matrimonium Ebrius Nuptiæ

¶Existimandum est: rectam educationem posse & corpus & ani- Educatio

mum q̄ pulcherrima:& optima reddere:Idem libro septimo de legibus.

Grauidæ ¶Dicerem utiq; grauidas mulieres maxime omnium illo anno ita regendas esse:ut nec ad uoluptates multas/furiosasq; ferantur: neq; doloribus agitentur.sed tranquillam pacatamq;/& mitem uitã agant.Ibidem.

Pueri Puellæ ¶Post annorum sex ætatem Fœminæ ab maribus discernantur. pueriq; deinceps cum æqualibus maribus: & puellæ cum Fœminis æqualibus conuersentur.& ad scientias utriq; se uertant. Mares quidem ad magistros equorum/arcuum/telorum/& fũdæ.Fœminæ quoq; ad eadem si cõcedatur:usq; ad scientiam tm̃: & maxime ad armorum usum.Ibidem.

¶Certe omnibus turpe illud:& illiberale uideri debet: ut ciuium aliquis per totam dormiat noctem:nec prim⁹ excitetur: & surgat: ita ut hoc toti familiæ pateat. Quinetiam ut domina ab ancillis:non ancillæ ab ipsa:primum excitetur:turpe dicẽdũ. Nocte igitur exurgant:Et magistratus publicum aliquid:Patres uero:Matresq; familiæ in domibus propriis rem suam curent.Somnus enim multus: nec corporibus:nec animis:neq; rebus gerendis natura conducit. Nemo quidem dum dormit:alicuius pretii est:non magis q̄ si nõ uiueret:Quare quicunq; uiuere & sapere cupit maxime:q̄ longissimo tempore uigilet:sola sanitatis commoditate seruata. Sole uero surgente pueri ad magistros proficiscantur.Quoniam uero nec pecudes: nec alia prorsus ulla:sine pastore uiuere debent: nec pueri etiam sine Pædagogis sint:neq; absq; dominis serui. Est autem puer omni bestia intractabilior:Nam cum prudentiæ fontem nondum perfectum habeat:insidiosissimus est:acerrimusq; & petulantissimus omnium bestiarum.Ideo multis quasi frenis uinciendus est.Et quum primum a matribus:nutricibusq; se iungitur: pædagogis eum ad puerilem lasciuiam regendam commendare oportet:Deinde ut liberum quidem doctrinarum potissimum gratia præceptoribus.Ibidem.

(Margin: Somnus; Domina; Ancillæ; Patres; Matres; Somnus; Vigilare; Scholastici; Pædagogus; Pueri prauitas; Pædagogus)

Sodomitæ ¶Secundum naturam ad procreationem uenere homines utantur: Abstinendum igitur a Maribus iubeo:nam qui istis utuntur: genus hominum dedita opera interficiunt in lapidem seminantes: ubi radices agere:quod seritur:nunq̄ poterit. Abstinendum quoq; & ab agro illo fœminino: Vbi semen germina nolit producere. Idem Libro octauo de legibus.

punitio prauorũ ¶Mali enim ignauiq; semper puniendi sunt:ut meliores fortioresq; euadant. Idem libro.xii.de legibus.

Ex Aristotele. Titulo. Quarto.

NVlla Bælua sponte agit: neq; Pueri. Aristoteles Libro ter tio Ethicorum. ¶ Sunt ergo cogendi bene agere. Pueri

¶ Est enim castigandũ & temperandum id omne: quod turpia concupiscit: atq; luxuriat. Ibidem. castigatio

¶ Vt Viuere autem puerum Sub Pædagogi Præceptis oportet: Sic & cupiendi uis cupere debet perinde ac Ratio iubet. Ibidem. Pædagogus

¶ Insuper & Pueri: & feræ ipsas Voluptates sequuntur. Idem Libro septimo Ethicorum. ¶ Sunt ergo corripiendi ab licentiaq; retrahendi pueri omnes. Voluptates

¶ At prauitati non est uenia danda: nec aliorum cuiquam: quæ uituperabilia sunt. Ibidem. Prauitas

¶ Modeste uiuere continenterq; / plerisq; hominum / præsertim iuuenibus non est iocundum. Idem li. x. Ethi. Modestia

¶ Sunt igitur cohibendi modeste uiuere Iuuenes.

¶ Si negligitur publice: ad unũquẽq; attinere uidetur: filios suos atq; amicos ad uirtutem dirigere uel saltem uelle dirigere. Virt⁹ Filii

¶ Singula autem magis exacte fieri uidebuntur: adhibita cura / diligentiaq; priuata. Ibidem. ¶ Quocirca parentes priuatam curam in filios gerant. Diligẽtia

¶ Non enim sunt tales: Vt ob pudorem obtemperẽt: sed ob metum. Praui Nec ut a / prauis ob turpitudinem abstineãt rebus: sed ob pœnam. Ibidem. Pœna

¶ Incutiendus igitur est pueris metus: adhibenda est pœna: ut timore ducti praua relinquant.

¶ Improbum uoluptatem affectantem / dolore afficiendum / perinde atq; Iumentũ / Legum latores instituere. Ibidem. Improb⁹

¶ Ex Aulo Gellio. Tit. quinto.

PVeros impuberes compertum est: si plurimo cibo nimioq; somno uterentur: hebetiores fieri. Animaduerti Cibus musq; hinc elici tarditatem: Corporaq; eorum improcera fieri: minusq; adolescere. Aulus Gellius. libro. v. c. xix. Somnus

¶ Recte igitur Cicero in Libro de Senectute inquit. Tantum cibi / & potionis adhibendum ut reficiantur uires: nõ opprimatur. Nec Cibus. uero corpori solum subueniendum est: sed etiam menti atq; animo multo magis. Ex libro quinto tusc. Quid / q; ne mente quidem recte uti possumus multo cibo & potione completi. Potio

¶ Phylippus Amyntæ filius / terræ Macedoniæ Rex / Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nuntiauit. Epistola / quoniam curæ / diligentiæq; in liberorum disciplinas hortamentum est: ex

scribenda uisa est ad cõmonendos Parentum animos. Exponenda igitur est/ad hanc ferme sententiam. Philippus Aristoteli salutem dicit. filium mihi genitum scito: quod equidem diis habeo gratiãs non perinde quia natus est: q̃ p eo q̃ eum nasci contigit tẽporibus uitæ tuæ: Spero enĩ fore: Vt eductus eruditusq̃ abs te: dignus exi- stat & nobis: & rerũ istarum successione. Hæc ex Gellio Libro octa- uo. Capite tertio. ¶ Curandum igitur: ut a teneris optimos hẽant Filii præceptores: A quibus & mores primum: deinde disciplinam & scientiam hauriant.

Philippi epistola

¶ Phauorinus philosophus nato filio Auditori sectatoriq̃ eius nihil inquit dubito: quin filium lacte suo puella nutritura sit: sed quum mater puellæ parcendum esse ei diceret: adhibendasq̃ puero nutri ces: ne ad dolores (quos in enitẽdo tulisset) Munus quoq̃ nutrica- tionis graue ac difficile accederet: Oro te inquit mulier: sine eam totam integram esse Matrem filii sui: Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atq̃ dimidiatum matris genus? peperisse ac statim a sese abiecisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid: quod non uideret: nõ alere suo lacte: quod uideat iam uiuentem? iam hominem? iam matris officia implorantem? An tu quoq̃ inq̃t putas: naturam fœminis mãmarum hubera quasi quosdam neuu- los uenustiores non liberorum alendorum sed ornandi pectoris causa: dedisse? Sed nihil interest (hoc enim dicitur) dum alatur & ui uat: cuius id lacte fiat. Nõ frustra quidem creditum est sicuti ualeat ad fingendas animi: corporisq̃ similitudines: Vis & natura seminis nõ sexus: ad eandem rem lactis quoq̃ ingenia & proprietates uale re. Neq̃ in hominibus id solũ sed in pecudibus quoq̃ aĩaduersum. Nam si Ouium lacte Hædi aut caprarũ agni alerent: cõstat ferme in iis lanã duriorẽ: in illis capillum gigni teneriorẽ: In arboribus etiã & frugibus maior plerũq̃ uis & potestas est ad earũ indolẽ uel de- tractandam: uel augendam aquarũ atq̃ terrarum que alunt q̃ ipsius quod iacitur seminis: Ac sæpe uideas arborẽ lætam & nitentem in locum alium transpositã: deterioris terræ succo depisse. Quænam igit̃ ratio est: nobilitatẽ istam nati modo hois corpusq̃ & aĩmũ bñ ingeniatis primordiis incohatum insitiuo degeneriq̃ alimẽto la- ctis alieni corrumpere? præsertim si ista (quam ad præbendum lac tunc adhibebitis) aut serua: aut seruilis: & ut plerũq̃ solet: externæ & Barbaræ nationis: si improba: si informis: si impudica: si temulẽ ta est. Patiemur ne igitur infantem hunc nostrum pernitioso cõta gio infici? Et spiritum ducere in animũ atq̃ in corpus suum ex cor pore & aĩo deterrimo? In moribus enim inolescendis magnã fere

Mater nutriat

Hubera cur

Semen Lac

Hædus Agnus Arbores Aqua Terra Semen

Nutrix uitanda

Nutrix Lac

partem ingeniũ altricis & natura lactis tenet: quæ iam a principio imbuta paterni seminis cōcretione: ex mr̄is ēt corpore & aīo recentem indolem cōfigurat. Hæc ex Gellio li.xi.c.i. ¶ Super hac autem sententia nostrū carmen in speculo positū hic quoq; subiiciam.

¶ Si peperit Coniunx: tunc illa sit integra mater — Mater
Imperfecta quidem mater: nulla hubera præbens — nutriat
Nutriit illo prius: quod non cernebat in aluo
Iam noscens hominem uiuentem: pellit ab ulnis.
Hubera mammarum tribuit natura puellis — Hubera
Natorum causa: non formæ: siue decoris. — cur
Ceu similem format membris animoq; parentum — Semen
Semen: sic etiam lactis natura figurat: — Lac
Haud homini: tantum: pecudi simul euenit istud.
Alterius quoties nutritur lacte animantis: — Hædus
Lac Ouium potante Hædo: Capræ simul Agno — Agnus
Lanitium tenerum uenit illi: durius agno.
Ingenium Altricis qua propter: Vis quoq; lactis — Lac
Partem etiam magnam retinent in moribus ipsis.
Pallida erat nutrix Siluani: pallida nati
Membra sui: credas igitur quæcunq; notaui.

¶ Ex Xenophonte de Cyri Pædia. Titulo sexto. — Turpitudo uitet

Persarum leges anticipantes maxime curant ne initio tales sint ciues: ut cuiusquā uel improbitatis: uel turpitudinis desiderio capiāt. Hæc ille. li.i. ¶ Tu itē pr̄ Persarum more id aures: ne filius iprobus: ne etiā turpis euadat.

¶ In duodecī tribus Persæ distributi sūt: Hi uero pueris præsunt: Qui selecti e seniorib⁹ eos uideanť redditur: q̄ optimos. Adolescētibus quoq; hi qui ex absolutæ ætatis uiris per quamoptimos eos existimentur effecturi. Viris autem ipsis hi sunt præfecti: quorum illi institutione censeantur: quæ cōstituta sunt: & a magistratu maximo imperata: maxime præstaturi: Idem li.i. ¶ Qua propter & tu filio custodem adhibeas a quo reddi q̄ optimus ualeat — Puerorū custodes

¶ Persæ docēt pueros tēpantiā: ad quā discēdā eis plurimū cōducit: q; uident senes ipsos quottidie tēperanter uitā agere. Tradunt præterea iis præcepta parendi magistratibus: Multū quoq; huic rei cōducit: q; seniores intuenť pareř magistratib⁹ magno studio. Eosdē insup docent: ut & cibi & potus cōtinentiā seruēt. Nec apud mr̄em uescūtur pueri: sed apud magistrū. Feruntq; domo p cibo panē: p obsonio nasturtiū: Ad potū uero Capedinē. ut ex flumine aquam hauriāt: Ad hæc ēt discunt sagittam: & iaculum: Ad sextum igitur — Tēperātia; Magistratus; persarum cibus

usq; aut septimū decimum ætatis annum hæc agunt pueri idem Libro primo. ¶ Conare igitur et tu pater assuefacere filium temperātiæ: quod quidem fueris: si te etiam temperantem conspexerit.

Cyri uict' ¶ Cyrus inqt: primū eqdē operā dōne unq̄ saturer: id. n. difficile est/ & graue. Dein uero per laborem imissa cōsumo: ita. n. mihi uideor: & pseuerātius bene ualere: & robustior effici: Aiunt ēt eundē puer℞ Astyagi auo Medo℞ Regi: dixisse O/ Aue/ quot negocia habes in

Cyri cōtinētia cœna: si tibi necessarium sit: in oīa hæc fercula manus extendere: & degustare hasce tam uaria/ multasq; epulas: longe simplicior apud nos persas/ ac rectior est ad explendū uia q̄ apud uos: Apud nos eni panis & carnes ad hoc deducūt. At ego Aue uideo ēt tibi has epu/ las eē fastidio: q̄re uideo quū panē tetigeris/ nihilo manū deterge re: sed ubi ho℞ quicq̄ attigeris/ continuo manū purgas ad manti/ lia: ueluti moleste admodū feras isto℞ satietatē: Idem libro prio. ¶ Curandum icci rco est ut pueri parcissimi sint cibi & potus: more Cyri: sic enim ut ille/ & sani & robustiores euadent: Super hoc aūt & nos ita lusimus.

¶ E mensa nunq̄ pleno iam uentre recedas:
Cibus Nec saties unq̄ sæpe bibendo sitim. Et alibi
Sitis Ex facili uictus tibi sit: pretiosa relinque:
Victus Quære fame gustum: conditos temne sapores
Fames Conualet ægrotus tenui solummodo uictu:
Aeger Sanus eris semper tenui si uesceris æsca.
Cibus Nil animum: corpusq; uiri sic obruit unq̄
Vt plenus uenter/ ructus/ sonitumq; remittens:
Crapula Te nunq̄ satures: uictumq; absume labore:
Saturitas Sic & enim fies robustior: atq; ualebis:
Labor Sic parce Socrates uitam ducebat Athenis:
Socrates Vt solus uictu nunq̄ ægrotarit honesto.

Hæc & plura eiusmodi in Speculo de Temperātia scilicet edocuimus: quibusqdem seruatis facile pueri tēperati/ modestiq; fuerint.

Principes Subditi ¶ Cyrus Veteranis militib⁹ inqt: Decet. n. pricipē nō se bonū præstare dūtaxat: ue℞ ēt p subditis diligentiā gerere: ut q̄ optimi sint futuri: Idē libro secūdo. ¶ Si ergo principes subdito℞ curam & diligentiam: quo optimi fiant gerere debent. quāto magis Filio℞ parētes?

Diuitiæ ¶ Vbi aūt Cobryas surrexit domū abiturus/ fertur dixisse non āplius miror Cyre: si pocula/ & amictus/ & aurū: nos possidem⁹: q̄ uos maiori copia: nos sumus minoris faciēdi q̄ uos: Nos. n. operā damus: ut sint nobis q̄plurima: At uobis ea diligētia est: uti mihi uidet: ut futuri sitis q̄ optimi Idē li. v. ¶ N tēdū igit uti filii optimi potius q̄

ditissimi a uobis parentibus reddantur. Parẽtum exempla

¶Aiebat Cyrus. At filios quoq; (qcunq; nobis nascũtur) hic institua mus: ita.n. & ipsi meliores futuri simus: si uelimus præbere nosmet ipsos liberis nr̃is q̃ optĩa exẽpla. Et liberi ipsi nec (ẽt si uelint) facile fiant improbi: siquidem q̃ nihil turpe neq; uideant: neq; audiant: & in studiis honestatis: bonitatisq; uersentur. Idem Libro septimo.

¶Ex Vitruuio. Titulo septimo.



Lexis antiqu⁹ Comicus ait ideo oportere laudari Athenienses: q̃ oĩum græcorum leges cogunt parẽtes ali ab liberis: Atheniensium uero non oẽs: nisi eos: qui liberis artibus erudissent. Omnia enim munera fortunæ quũ danṫ: ab ea facillime adimunṫ. Disciplinæ uero cõiunctæ cum animis: nullo tempore deficiunt: sed permanẽt stabiliter ad summum exitum uitæ: Itaq; Ego maximas infinitasq; parentibus habeo atq; ago gratias: q̃ Atheniensium legem probantes: me arte erudiendũ curauerunt: & ea quæ non potest esse probata sine litteratura. Cum ergo & parentum cura: & præceptoꝝ doctrinis auctas haberem copias disciplinarum. philologis & philotechnis rebus cõmentarioꝝ rumq; scripturis me delectans eas possessiones animo paraui: e/quibus hæc est fructuum summa: nullam plus habẽdi necessitatẽ: eãq; esse ꝓprietatẽ diuitiaꝝ maxime/nihil desiderare. Hæc ille. li. vi. ¶E quibus illa potissimũ pater ipse aduertas: q̃ Vitruuius ait. se parentum cura: & præceptoꝝ doctrinis auctas habuisse copias disciplinarum: Vt & tu filii curam geras: & præceptor edoceat: Nec agas ut plurimi qui nullam filioꝝ curam habentes: omne preceptori onus relinquunt: In scholis præceptoris officium est curare pueros & docere: Exterius parenti cura habenda: ne turpia ludat filius: ne prauis associetur: ne passim & libere uagetur: ne post solis occasum extra limina moretur: Talem mediussidius erga me curam habuit pater: si talem & ipse erga filios geres modesti fient.

Athenien sium lex

Doctrina

Diuitiæ

Filioꝝ cura

Ex. M. Tullio. Titulo octauo.



Ptima autem hæreditas a / patribus traditur Liberis: Omniq; patrimonio præstantior Gloria Virtutis: rerũq; gestarum. Cicero Libro primo officiorum.

Prĩs glĩa

¶Ineuntis enim ætatis inscitia: senum constituenda & regenda prudentia est. Ibidem.

Puerorũ custos

¶Nostro quidem more Cum Parentibus puberes filii: cum Soceris quidem Generi non lauantur. ibidem.

Balnea

¶Prouerbium est: Phrygem plagis fieri solere meliorem Idem pro L. Flacco.

plagæ

Plagæ ¶Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere falluntur:At hi sapienter faciunt:Qui adolescentes maxime castigant·Vt quibus Virtutibus omnem uitam tueri possint:Eas in Aetate maturissima uelint comparare.Hæc Cicero Libro quarto . ad Herennium ubi de sententia meminit.

Virtutes

Plagæ ¶Pueros uero Matres & Magistri castigare etiam solent:Nec uerbis solum : sed etiam Verberibus .Idem Libro tertio Tusculanarum. Tu tamen filium intemperantem uerbis dumtaxat castigas : non etiam uerberibus : Iccirco prauus est & proteruus : & in dies peior euadet:Sume ergo Bacillum ubi uerba non prosunt:sic enim in dextram uirtutis uiam relicta uitiorum sinistra:redibit.

Ex.Q.Curtio.Titulo nono.

IN Regno Sophitis indigens sapientia excellit : bonisq; moribus regitur.Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntq; sed eorum quibus spectandi infantium habitum cura mádata est.Siquos segnes: aut aliqua membrorum parte inutiles notauerunt:necari iubent : Nuptiis coeunt non Genere ac Nobilitate coniunctis : sed electa corporum specie: quia eadem æstimatur in liberis.Curtius Libro octauo.

Iudeorum educatio Segnes

¶Nobilis Equus umbra quoq; Virgæ regitur:Ignauus ne calcari quidem concitari potest.Idem libro sexto.

Sponsæ Equus

¶Filius ergo monitis minime obsequens:uerberibus acriter est cædendus etiam atq; etiam donec emendetur.Nam ut Chremes ait Terentianus in Heau.Deteriores omnes sumus licentia.

¶Ex Diogene Laertio deuitis philo℞ Tit.x.

ARistoteles aiebat:Parentes.qui liberos erudiendos curassent:Longe honorabiliores esse his : qui solum genuissent.Hos enim uiuendi tantum : illos etiam Bene Beateq; uiuendi auctores esse.

Parentes honorandi magis

¶Chrysippus:quum rogaretur a quodam:cui commendaret filium dixit : mihi.Nam si quempiam mihi excellere putarem : ipse apud eum philosopharer.

Chrysippus

¶Xenophilus Pythagoricus iterrogatus:Quo pacto optimi filii erudirentur:ait.Si ex bene instituta ciuitate nati essent.

Eruditio bona

¶Ex Suetonio Tranquillo.Titulo Vndecimo.

OCtauius Augustus:Iuliam filiam:& neptes duas Iuliam & Agrippinam:ita instituit:ut etiam lanificio assuefaceret. uetaretq; loqui aut agere quicquá:nisi palam:& quod in diurnos commentarios referretur.Extraneorum quidem cœtu

August⁹ in suos

adeo prohibuit:ut.L.Tucinio claro decoroq; iuueni scripserit quõdam parum modeste fecisse eum:q filiam suam Baias salutatum uenisset. Nepotes Caium/& Lucium/& Agrippam:& litteras:& natare aliaq; rudimenta per se plerunq; docuit. Ac nihil æque elaborauit:q̃ ut imitarentur chyrographum suum:Neq; cœnauit una: nisi ut in uno lecto assiderent. Neq; iter fecit:nisi ut uehiculo anteirent: aut circa adequitarent. Hæc Suetonius de Augusto. ¶Si ergo maternus auus nepotum curam ita eximiam diligentemq; gessit:ut ipse docuerit:ut apud se continue esse uoluerit:quidnam tu pater agere debes? aliis ne filii curam tradere:ouem lupo committere:filium per diem:perq; noctem uagari sine fido custode:idest te patre(ut facis)sinere?

¶Ex Plynio Auunculo. Titulo duodecimo.



Elphini iuncti agunt uera coniugia:pariũt catulos decimo mense:æstiuo tempore:interdum & binos nutriunt huberibus:sicut Balena:atq; etiam gestant fœtus isfantia infirmos Quin & adultos diu comitantur magna erga partum charitate:Quin & paruos semper aliqs grãdior comitatur:ut custos: Hæc Plynius libro nono Historiæ naturalis. ¶Sunt igitur homine prudẽtiores Delphini:Brutum animal rationali cautius:pro nefas:Delphini adultos filios diu comitantur Magna erga illos charitate:& paruos semper aliquis grandior comitatur:ut custos. Homo autem ad dei imaginem figuratus:liberos sine fido:immo etiam sine ullo custode passim uagari sinit. Delphini in filios

¶Ex Plynio nepote Titulo Decimotertio.

¶C.Plynius Corneliæ Hispullæ suæ Salutem. Cupiam necesse est: ut filius tuus Auo similis exiftat:iam circunspiciendus Rhetor est latinus:cuius scholæ seueritas:pudor:in primis castitas cõstet. Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ:fortunæque dotibus eximia corporis pulchritudo:cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo:sed Custos etiam:Rectorq; quærendus est. proinde fauentibus diis trade eum præceptori:a quo mores primũ: mox eloquentiam discat:quæ male sine moribus discitur. Hæc ex illo libro tertio epistolarum. Schola qualis Custos Præceptor

¶C.Plynius iuniori suo salute:dicit. Castigabat quidam filiũ suũ: q paulo sumptuosius: Equos & canes emerit. Huic ego iuuene digresso. Heus tu nunquam ne fecisti:quod a patre corripi posset? Fecisti Parentũ mãsuetudo

Omnes erramus

dico/num interdum facis/quod filius tuus? Si repente pater ille/ tu filius pari grauitate reprehendaris: Num omnes homines ali/quo errore ducuntur? Num hic in illo sibi in hoc alius indulget? Hæc tibi/admonitus immodicæ seueritatis exemplo/amore mu/tuo scripsi: Ne quando tu quoq; filium tuum durius/acerbiusq; tractares Cogita & illum puerum esse: & te fuisse: Atq; ita hoc q; es pater utere/ut memineris te Hominem eẽ/& hominis patrem. Hæc ille libro octauo epistolarum.

¶Ex Salomone in Prouerbiis. Titulo.xiiii.

Virga
Seruus



Vi parcit Virgæ:odit filium.qui autem diligit illum:in stanter erudit.Salomon in prouerbiis. ¶Seruus sapiẽs dominabitur stultis filiis.Idem.
¶Est ergo filiorum cura habenda:ut sint prudentes.

Filius

¶Filius sapiens lætificat patrem: Filius uero stultus mæstitia est Ma/tris suæ.Idem.¶Curandum igitur:ut Filius sapiens euadat.

Filius

¶Dolor patris Filius stultus.Idem.¶Itaq; diligens filii cura haben/da est:ne stultus fuerit.

Pueri stultitia
Virga

¶Stultitia colligata est in corde pueri: & Virga disciplinæ fugabit eam.Idem.¶Quocirca Filius Virga emendetur.
¶Noli subtrahere a/puero disciplinam: Si enim percusseris eum uir ga:non morietur. Tu uirga percutis eum & animam eius de Infer no liberabis.Idem.¶Sunt ergo cædendi Filii.

Virga

¶Virga atq; correptio tribuit sapientiam.Idem. ¶Corripe igitur fi/lium si peccauerit: Corripe inq̃ uerberibus non solum uerbis: & erit optimus.

¶Ex Ecclesiastico. Titulo decimoquinto.

Filii
Filiæ



Ilii tibi sunt:erudi illos: & curua illos a/pueritia eorum. ¶Filiæ tibi sunt:serua corpus illarum: Nec ostendas hi larem faciem tuam illis Trade filiam:& grande opus fe ceris:& Homini sensato da illam.

Filii' plagæ

¶Vtilius est mori sine filiis.q̃ relinquere filios impios.
¶Curua filii Ceruicẽ in iuuentute:& tunde Latera eius dũ infans est.

Potestas rerum

¶Filio & mulieri:fratri & Amico: Non des potestatem super te in ui ta tua: Nec dederis alii possessionẽ tuam: Ne forte pœniteat te:& depreceris pro illis.Melius est enim ut Filii te rogent: q̃ te respicere in manus Filiorum tuorum.

¶ Ex Paulo Apostolo. Titulo decimosexto.

¶ Vos Patres/Nolite ad iracũdiam prouocare filios uestros: sed educate illos in disciplina/& correptione domini:Paulus ad ephesios. Educatio

¶ Ex Lactantio Titulo decimo septimo.


IRæ affectus nobis datus est:ad coercenda peccata eorum:quæ sunt in nostra potestate.idest ut arctiore disciplina minor ætas ad probitatem/iustitiamque formetur.quæ nisi metu cohibeatur:licentia pariet audaciam: quæ ad omne flagitium/& facinus euadet. Manus autem nostras supra minores semper habeamus:Hoc est ut peccantes eos assiduis uerberibus corrigamus:Ne Amore inutili/& indulgẽtia nimia educentur ad malum:& ad uitia nutriantur.Hæc lactantius. Libro sexto. Capite.xix. Diuinarum institutionum. Ira Licentia Plagæ Indulgentia

¶ Peccata nõ coercere:peccatum est.euadent enim ad maius malum per impunitatem.Hic non cohibenda ira:sed etiam si iacet/excitãda est.Idem in li.de ira dei.cap.xviii. castigatio peccatorũ

¶ Ex Aurelio Augustino. Tit.xviii.


DIlecto filio in Christo Fabiano Augustinus Episcopus salutem. Congratulor una tecum qm̃ te prolem nuper habere cognoui. Sed deprecor:ut dum tempus affuerit: castigare prolem non differas. Nam sicut fructus non inuenitur in arbore:in qua flos prius non apparuerit:sic & in sene uiro:qui nisi a/patre tempore adolescentiæ in bono nutritus fuerit: tempore senectutis fructus bonorum operum non apparebũt. Castiga igitur quem debes dum iuuenescit. Vale. Castiga filium

¶ Quid enim sibi uolunt multimodæ formidines:quæ cohibendis paruulorum uanitatibus adhibentur? Quid Pædagogi? quid magistri? quid ferulæ? quid lora? quid uirgæ? quid disciplina illa:qua scriptura sancta dicit/Dilecti filii latera esse tundenda? Ne crescat indomitus:Domariq́ iam durus/aut uix possit: aut fortasse Nec possit:Quid ergo agitur iis pœnis omnibus/nisi ut debelletur imperitia:& praua cupiditas refrænetur:cum quibus malis in hoc seculo uiuimus? Augustinus de ci.dei.Libro ultimo. capite Vicesimo secundo. Formidines Ferulæ Plagæ

¶Ex Hieronymo. Titulo decimonono.

Magister qualis



Agister probæ ætatis: & uitæ: conditionisq; est deligendus: ipse enim Elementorum ordo: & institutio præceptorum aliter de erudito: aliter de rustico ore profertur. Nec discat in tenero: quod ei postea dediscẽdum sit. Difficulter raditur: Quod rudes animi perbiberunt: Lanarum conchylia quis in pristinum colorem reuocet? Rudis testa diu & saporem retinet: & odorem: quo primum imbuta est. Græca narrat historia Alexandrum potentissimum Regem: Orbis dominatorem: & in moribus & in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere uitiis: quibus adhuc paruulus fuit infectus: procliuis. est enim malorũ æmulatio: & quorũ Virtutes assequi nequeas: cito imitaris uitia.

Alexãdri uitia

Nutrix

¶Nutrix ipsa non sit temulenta: non lasciua: non garrula. ¶Caue ne aures filiæ perfores: ne Cerusa: & purpurisso cõsecrata Christo ora depingas. Nec collum auro: & margaritis premas. Nec caput gemmis oneres: Nec capillum irruffes. ¶Heli Sacerdos offendit deum ob uitia liberorum: Et quomodo inquies: peccata patrum filiis nõ redduntur: nec filiorum parentibus: sed anima: quæ peccauerit: ipsa morietur? Hoc de his dicitur: qui possunt sapere: De quibus in euangelio scriptum est: Aetatem habet: loquatur per se. Qui autẽ paruulus est: & sapit ut paruulus: Donec ad annos sapientiæ & pythagoreæ Litteræ/Y/eum perducant ad biuium: tam bona eius: q̃ mala parentibus imputantur.

Filiæ cultus

Peccata prũm

Filiæ comes

¶Postq̃ filia grandiuscula esse cœperit: pergat ad templum ueri patris cum parentibus suis: Nunq̃ exeat foras: ne inueniant eam: qui circumeunt ciuitatem: ne percutiant: & uulnerent: & auferant spiritum pudicitiæ: & nudum in sanguine derelinquant. Surda sit ad Organa: Tibia: Lyra: Cithara: cur facta sint nesciat. Nusq̃ absq; mr̃e procedat in publicum. Basilicas Martyrum & ecclesias sine matre non adeat: Nullus ei iuuenis: nullus cincinnatus arrideat. ¶Discat lanam facere: tenere colum ponere in gremio calathum: rotare fusum: stamina pollice ducere: Spernat bombicum telas: sericum: uel lera: & aurum in fila lentescens. ¶Talia uestimenta portet: quibus pellatur frigus: non quibus uestita corpora nudentur.

filiæ artes

Vestes

Cibus

¶Cibus eius holusculum sit: & similia: Caroq; & Pisciculi. Sic comedat: ut statim esuriat: ut statim post cibum possit legere: orare: & psallere. Domi filiam non relinquas: nesciat sine te posse uiuere: & quum sola fuerit pertimescat. Non habeat uirorum colloquia: & malarum Virginum contubernia. Iurare non discat: Mentiri sa-

Filiæ comes

crilegium putet. Hæc ex Hieronymo ad Athletam de institutio/ne Filiæ.

¶Non est parui apud deum meriti: bene filios educare: Heli Sacer/dos offendit deum ob uitia liberorum, ergo e contrario placatur deus uirtutibus eorum: si permanserint in fide: & charitate: & sancti tate: cum pudicitia. Hieronymus i epistola ad Saluinam de morte Nebridii uiri. Heli Pœna

¶Ex Isodoro. Titulo Vicesimo.



SAcerdotes pro populorum iniquitate damnantur: si eos aut ignorantes non erudiant: aut peccantes non arguant: testante domino prophetæ: Speculatorem de di te domui israel: Si non fueris locutus ut se custodiat impius ab uia sua: Ille in iniquitate sua morietur: Sanguinem autē eius de manu tua requiram. Sic enim Heli Sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est. Et licet eos delinquentes admonuerit, nō tamen ut oportebat redarguit. Hæc Isidorus libro tertio de flagel lis dei capite quadragesimosexto. de disciplina Sacerdotis in his que delinquūt. ¶Nota igitur & tu pater, nisi enim & admonueris: & castigaueris, punierisqꝫ ex merito filios: Et tu sicuti Heli Sacerdos a deo damnaberis. Sacerdotes Episcopus Heli Plagæ

¶Ex Paulo Vergerio.
Titulo Vicesimo primo



TRia sunt in quibus bene consulere suis liberis parentes tenentur: Primum uti honestis illos nominibus appel/lent. Alterum ut in egregiis urbibus eos statuant. Nam amplitudo: splendorqꝫ patriæ plurimum ualet. Tertium autem: ut bonis artibus liberos erudiant. Quibus prædi ti rebus & obscura suæ genti s nomina & humiles patrias attollere atqꝫ illu/strare consueuerunt. Iacienda sunt igitur in tenella ætate Funda/menta bene uiuendi: & formandus ad uirtutem animus dum te/ner est: & facilis quamlibet impressionē admittere. Nam opes: glo ria uoluptas fluxæ res sunt & caducæ. Habitus autem fructusqꝫ uir tutum perstat integer atqꝫ æternus manet. Nomen Patria Artes Opes Virtus

¶Parentes cæteriqꝫ: quibus curæ erimus animaduertere debebunt: Et in quas res Natura proni: aptiqꝫ fuerimus eo potissimum studia nostra conferri. Artes

Exempla ¶ Iuuenum ætas prona est ad peccandum: ac nisi maiorum exemplis
auctoritateq; contineatur: Facile semper in deteriora prolabitur.
Mentiri ¶ Pueri a/mentiendi uanitate deterrendi sunt maxime: q; assueti mē
Loqui tiri/morem hunc uiri seruant: quo nihil est turpius. proderit autem
si admoneantur parum loqui: & raro nisi iussos dicere: in multo nā
Sermo q; sermone est aliquid semper: quod reprehendi possit. ¶ Prouidē
dum etiam ne fœdis: atq; inhonestis sermonibus assuescant: nam
ut est a poeta græco dictū: & ab Apostolo Paulo repetitum: Corrū
punt bonos mores colloquia mala.

Venus ¶ Curandum est: ut Iuuenes qua maxime diu integri seruentur: ima-
tura namq; uēus & animi & corpis uires eneruat. quod erit: si a/cho
reis cæterisq; hmōi ludis. & item ab omni muliebri frequentia ar-
Comites ceantur: Aut si nihil de his rebus loquantur: aut audiant. Nec nisi
his cōmittendi: quorum mores & uita omnis perfecta sit: Adhi-
Vinum bēdi ergo sunt comites: quoℜ monitis discāt: & imitatiōe pficiāt.
¶ Ab uino pueri maxime sunt arcendi: cuius nimius usus & ualitudi
ni bonæ inimicus est: & rectæ rationis usum magnopere pturbat.
Qua in re nequaquam mihi uidetur improbanda Lacedæmonio
ebrii serui rum ratio: qui ebrios seruos exhiberi in conuiuiis suis curabant: nō
quidem ut eorum insulsis sermonibus aut fœdis actibus delectarē
tur: sed ut adolescentibus suis exemplo ostenderent/q̄ esset turpe
Potus temulentum uideri. ¶ Sunt igitur (ut ab annis teneris assuescant)
ita potandi pueri: ut illis magis aqua temperetur: q̄ uinum.

Relligio ¶ Ante omnia uero decet bene institutum adolescentem rei diuinæ
curam non negligere: eaq; opinione imbui ab ineunte ætate: Mo-
nendiq; ideo sunt non execrari Diuina: neq; sacra nomina irrisioni
Iurare habere: neq; sponte facile iurare.

¶ Instituendi præterea quo pacto deceat admittere uenientes: quo
Admissio abeuntes dimittere. Vt oporteat uerecunde salutare maiores: Mi/
Salutatio nores hūaniter colligere: amicos bēiuolosq; familiariter cōuēire.

Indulgen ¶ Vtq; plato in Gorgia inquit: Nimia parentum indulgentia emol-
tia lire atque eneruare Adolescentes consueuit: Quod in his plerūq;
manifestum est: qui sub Viduis matribus per delitias sunt enutriti:
Pupilli Placet igitur (quæ est apud quosdam gentium consuetudo) ut libe
ros suos: aut extra Ciuitatem: aut certe extra Domum apud Co-
Educare gnatos: Amicosue educare curent: q; in aliena domo uita solutio-
extra rem illis licentiam adimit: Et melioribus studiis (quæ liberalia dici
mus) intentiores reddit.

Liberalia ¶ Liberalia autem studia uocamus: quæ sunt Homine libero digna.
studia Ea sunt quibus Virtus & Sapientia: aut exercetur: aut colitur: Qui-

us corpus

bus corpus aut animus ad optima quæque disponitur. Vnde Honor & Gloria hominibus quæri solet. Oportet igitur a prima infantia iis intendere: Et ad Sapientiam omni Studio conari: Non enim erimus in Senectute sapientes: Nisi Iuuenes bene sapere cœperimus quanquam & omni ætate discendum est Nisi forrasse turpius aliquando est discere/quam nescire. Quod contra iudicauit Cato ille Porciæ familiæ princeps: qui Latinas litteras ꝑpe senex: Græcas iam certe senex edidicit: Nec credidit seni turpe discere: quod esset pulchrum homini scire Socrates etiam tantus philosophus iam ætate prouecta fidibus operam dedit: digitosq̨ suos magistro formandos commisit. Discere Cato Socrates

¶Pueri bonis artibus ad bona: rectaq̨ studia sunt inducendi: Nam alii quidem laude/& per spem honoris: alii munusculis: blanditiisque alliciendi. Minis alii Flagrisque cogendi erunt. Atque hæc quidem omnia ita rite pensanda: rationeque moderanda: ut in eodem ingenio uicissimi his artibus præceptores utantur. Et cauendum ut neq̨ nimium illis faciles/neque nimium seueri sint. Nam ut nimia licentia bonam indolem soluit: ita grauis & assidua castigatio ingenium eneruat: naturæque igniculos in pueris extinguit: qui dum timent omnia audere nihil possunt. Fitque ut pene semper errent dum in singulis rebus errare se timent. Itaque indulgenda sunt adolescentibus quedam, neque omnia eorum peccata seuera sunt animaduersione punienda. Blanditiæ Minæ Præceptores Licentia Sæuitia

¶Datum tamen est quibusdam munere dei singulari: ut ipse per se rectam uiam sine ullo duce & inire & tenere potuerint. Qualem in primis Herculem accæpimus: quod Græci tradunt: & latini post eos meminerunt. Is enim quum duas cerneret uias: unam uirtutis: alteram uoluptatis forte id ætatis agens: quando de tota uita deliberatio sumenda est in solitudinem secessit: ibique multum ac diu secum cogitans/Virtutem tandē reiecta uoluptate complexus est. Herculis uiæ

¶Illud in primis animaduertendum, quod non modo maiora illa præcepta: quæ prouectioribus traduntur: sed & prima quoque artium elementa ab optimis præceptoribus accipere conuenit: Qua ratione & Philippus Rex Macedonum primas litteras ab Aristotele discere Alexandrū uoluit. Et ueteres Romani liberos suos scholæ mancipantes in Vergilio primum erudiri curabant. Optima utriq̨ ratione: Nam quod teneris mentibus insitum est: alte radices mittit: nec facile postea diuelli ui ulla potest. Ergo si melioribus initio assueuerint illos habebunt precipuos & ueluti ducibus semper utentur. Si uero errores ullos imbiberint: his duplici tem- Elementa Philippus Meliora Errores

pore opus erit: primū ut errores excutiant: deinde ut uera præcepta condiscant. Quam ob rem Timotheus musicus suo tempore illustris/a discipulis quidem, qui nihil apud alios profecissent: certam paciscebatur mercedem: ab his uero/qui ex aliis quippiam edidicerant duplam exigebat.

Timotheus

¶Hæc ex P. Vergerio: Memento igitur parens ipse ꝓ liberorum commodis/ea diligentissime exequi: sic enim Viri q̄ optimi fieri poterunt.



¶Ex Vergilio. Titulo Vicesimo secūdo.
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
Vergilius. Libro primo Aeneidos.
¶Disce puer uirtutē ex me: uerūq; laborē:
Fortunam ex aliis, nunc te mea dextera bello
Defensum dabit: & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox quum matura adoleuerit ætas:
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas/& auunculus excitet Hector.

Cura pr̄is

Parētum exempla

¶Aeneæ sunt uerba ad Ascāium filium Libro duodecimo æneidos. Vbi quidem īnuitur filios a/parentibus uirtutem & laborem/optimaq; exempla discere oportere.



¶Ex Iuuenale Aquinati. Titulo. xxiii.
Scilicet expectas: ut tradat mater honestos/
Aut alios mores q̄ quos habet: utile porro
Filiolam turpi uetulæ producere turpem.

Matris mores

¶Istæc Iuuenalis scribit Satyra sexta contra te matrem (quecunq;) filiam tuis moribus docentem intemperantiam imodestiam/impudicitiam. Tua enim praua exempla inspiciens illa & eadem & peiora sectabitur. Nam ut Cicero inquit: Ea quæ cum exemplo fiunt/licere uidentur

¶Res nulla minoris.
Constabit patri q̄ filius.

Auaritia patrum

¶Iuuenalis satyra septima te patrem arguit paucissima filii cōmodis impendentem. Tua siquidem Auaritia filio obes: quotiescunque illi uel libros emere te piguerit: uti multos animaduerti. Vel præceptori gratissimus esse nolueris, quæ maxima turba: Et mihi sæpe experta.

¶Rara tamen merces: quæ cognitione tribuni
Non egeat: sed uos sæuas imponite leges:

Merces magistri

Vt præceptori uerborum regula constet.
Vt legat historias: auctores nouerit omnes
Tanq̃ ungues digitosq; suos: ut forte rogatus
Dum petit aut termas: aut phœbi balnea: dicat
Nutricem Anchisæ: nomen/patriamq; nouercæ
Anchemoli: dicat quot Acestes uixerit annos.
Quot siculus phrygibus uini donauerit urnas.
Exigite/ut mores teneros/ceu pollice ducat: Præceptorum cura
Vt siquis cæra uultum facit. Exigite/ut sit
Et pater ipsius cœtus: ne turpia ludant:
Ne faciant uicibus. Non est leue tot puerorum
Obseruare manus: oculosq; in fine trementes.
Hæc inquit cures: Et quum se uerterit annus Discipulorum cura
Accipe(uictori populus/quod postulat)aurum.

Ea qdem oĩa Iuuenalis eadem satyra septima cõtra parentes in pceptorem ingratos scribit: Inquiẽs illi raram solui mercedem sine tribuni & iudicis cognitione. Ipsi tamen parentes uolunt pceptorem ipsum & doctum & peritum esse: multaq; legere filiis: mores optimos tradere: p̃remq; esse ipsius cœtus & cateruæ discipulo℞: ne turpia ludant: ne uicissim luxurient. Ad qd rñdens poeta: inqt: nõ esse leue tot puerorũ manus obseruare/& custodire: ne turpia ludant: ne turpia tangant atq; exerceant: Tu qdem pater ea cuncta ab ipso exigis preceptore: At finito anno quid minimum illi solues. Verũ est igitur illud: Res nulla minoris Constabit patri q̃ filius.

Plurima sunt fuscine & fama digna sinistra: Parẽtum exempla
Et nitidis maculam/ac rugam figentia rebus.
Quæ monstrant ipsi pueris/traduntq; parẽtes.
Si damnosa senem iuuat Alea: ludit & hæres Alea
Bullatus: paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Hæc Iuuenalis *Satyra* decima quarta. Est autem sensus multa esse: & uitupanda & turpia: quæ ipsi parentes & mõstrant: & tradũt filiis. Vnde si pater ludit: & filius q̃uis puerulus etiam ludit: Est igitur cuiq; parenti conandum: ut optima filiis documenta optimaq; exempla tradantur.

Expectes: ut non sit adultera largæ Matris exempla
Filia: quæ nunq̃ maternos dicere mœchos
Tam cito: nec tanto poterit contexere cursu:
Vt non ter decies respiret? Gonscia matri
Virgo fuit: Cæras nunc hac dictante pusillas
Implet: & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis.

Sic natura iubet: uelocius/ & citius nos
Exempla Corrumpunt uitiorum exempla domestica: magnis
Cum subeant animos auctoribus.

¶ Arguit Iuuenalis hic Satyra decima quarta. Matres illas: quæ con/sciis etiam filiabus adulteria cõmittũt: siquidem & illæ similes eua dere coguntur uisis materni uitii exemplis: Itaq; optime quidem Seneca epistola septima inquit. Vnicum exemplum aut Luxuriæ/ aut Auaritiæ multum mali facit.

Exemplũ Honesta pueri cer nant

¶ Nil dictu fœdum. uisuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer est: procul hinc/ procul inde puellæ
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: siquid
Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Filius pri/zat Nam siquid dignum Censoris fecerit ira:
Quandoquidẽ & similem tibi se non corpore tantum
Nec uultu dederit: morum quoq; filius: & cum
Omnia deterius tua per uestigia peccet:
Corripies nimirum: & castigabis acerbo
Clamore: aut post hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem libertatemq; parentis/
Cum facias peiora senex? uacuumq; cerebro
Iam pridem caput hoc uentosa cucurbita querat?

Parẽtum exempla

¶ Admonet Iuuenalis Satyra decima quarta: Vbi puer est nil turpe dictu loquendum: nil turpe uisu agendum sic enim si forte loquen do/ agendoue ille peccauerit unq̃: liberius atq; audacius eum corri/pere & castigare pater Potueris. at si te quoq; turpia agere cernet ne quibis acerbe nequibis libere & audacter illum arguere: Imitãdus igitur est Cato ille senior. qui ut Plutarchus ait: Ab uerborũ tur pitudine præsente puero filio: sic temperauit: Quasi uestalibus Vir ginibus arbitris locuturus esset: Nec cum eo unq̃ lauit.

Catonis sermo

Parẽtum cura

¶ Hospite uenturo cessabit nemo tuorum:
Verre pauimentum: nitidas ostende columnas:
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum: uasa aspera tergeat alter:
Vox domini fremit instantis uirgamq; tenentis.
Illud non agitas: ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum: uitioq; carentem.

¶ Parentes arguit Iuuenalis Satyra decima quarta. Qui ubi amicus/ uel hospes aliquis domum uenturus est. illam purificare: uasaq; oĩa

tergere iubet famulos. illud autem minime agit: ut filius q̄dem domum ipsam idest parentis familiam/ipsumq̧ parentem sanctos & puros idest sine labe/sineq̧ uitio aspiciat. Id ergo curādum maxie/ Ne puero præsente nec dictu nec uisu turpia fiāt unq̄.

¶Gratum est quod patriæ ciuem: populoq̧ dedisti:
Si facis/ut patriæ sit idoneus: utilis agris. — Filio uirt⁹ detur
Vtilis & bellorum/& rebus pacis agendis.
Plurimum enim intererit: quibus artibus/& quibus hunc tu
Moribus instituas: Serpente Ciconia pullos
Nutrit: & inuenta per deuia rura lacerta. — Ciconia
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Sed leporem: aut capream famulæ iouis: & generosæ — Aquila
In saltu uenantur Aues: tunc præda cubili
Ponitur: inde autem quum se matura leuabit
Progenies stimulante fame: festinat ad illam
Quam primum prædam rupto gustauerit ouo.

¶Ciconiæ: Aquilæq̧ exemplo edocet Iuuenalis satyra.xiiii. plurimū interesse: quibus artibus: quibusue moribus puer instituatur. Si enī honestis artibus probisq̧ moribus imbuitur: semper in iisdem uersabitur: Rursus si immodestis & improbis eadem usq̧ sectabitur. exemploq̧ esse ualent & Ciconia: & Aquila. hæc enim filios lepore uel caprea nutrit: qua de re adulti filii eiusmodi quoq̧ animalia uenantur. Illa uero serpentibus & lacertis educat pullos suos: inde fit: ut illi etiam tali præda uescantur. Phocilidis ergo præceptū est exequendum. Dum tener est gnatus generosos instrue mores. — Mores — Ciconia. — Aquila. — Fili⁹ tener

¶Ex Claudiano. Tit.xxiiii. — Ceres

Etneæ Cereri proles optata uirebat
Vnica: nec tribuit sobolem lucina secundam
Fessaq̧ post primos hæserunt uiscera partus.
Infœcunda quidem: sed cunctis altior ibat — Filiæ cura
Matribus: & numeri damnum proserpina pensat.
Hanc fouet: hanc sequitur. Vitulam nō blādius ambit
Torua parens: pedibus quæ nondum proterit arua:
Nec noua lunatæ curuauit cornua frontis.

¶Claudianus primo uolūine de raptu ꝓserpinæ scribit: Cererē unicā habuisse filiā ꝓserpinā scilicet: quā q̄dē iugiter & cōtinue obseruabat: custodiebat: & sequebaт quocūq̧. Haud eq̄dē aliter & tu mater exemplo Cereris filiam tuam obseruare: custodire & sequi debes. Nusq̄ sine te sedeat: uagetur: aut sistat. Nam ut Ouidius ait: — Filiæ cura
Cogis adulterium dando tempusq̧ locumq̧:

Quo nisi consilio est usa puella tuo? Et alibi:
Quos credis fidos effuge: tutus eris.

¶Ex Horatio Tit. xxv.


Sed puerũ est ausus Romã portare docẽdũ:
Patris custodia
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat. qd multa? pudicũ
Qui primus uirtutis honor seruauit ab omni
Non solum facto: uerum opprobrio quoq; turpi.
Laus illi debetur: & a me gratia maior.

¶Hæc de sui genitoris cura in eũ scribit Horatius satyra sexta primi libri. Quocirca & tu pater talis filii tui custos ubiq; esto: qualẽ fuisse Horatius patrem in ipsum hic asserit.

¶Ex Mancinello Tit. xxvi.


Grammaticen puerum docti docuere latini:
Parẽtum custodia.
Cura tui fuerat maxima nanq; patri.
Qui rector: custosq; pius: Venusinus ut olim
Expulit omne nefas: contulit omne decus

¶Verba sunt Calliopes Musæ ad Ant. Mancinellum de ioannis chari parentis in eum cura maxima. at hic posita: ut & te patrem idem agere in filios tuos admoneant

Filius
¶Qui sapit: is nihilum mage curat teste platone
Quam natum claris moribus instruere.
Filius
Incipiat Lustro finito discere natus.
Quam nati maior sit tibi cura nihil.
Filius
Ignauum iussit plato quemlibet: atq; malignum
Puniri: quo sit fortior: & melior.
Plagæ
Quod locuples: q tu sis nobilis: atq; decorus:
Attamen insipiens: quid nisi cæcus eris?
Insipiens
Istæc inter Mancinelli disticha reperiuntur.
Parentes
¶Qui natos generant: laudandi: quiq; parentes:
Qui tamen erudiunt etiam: magis usq; probandi.
Doctor
Si tibi sit natus: Doctori trade perito:
Perdocet indoctus: quæ dedoceantur oportet.
Plagæ
Assiduo pueros peccantes uerbere cæde:
Corrige: nam prauos nimia indulgentia reddit.
Plagæ
Dilecti nati tundendum est corpus acerbe:
Ad mala nutritur: nimio cui parcis amore.
Plagæ
Erudit instanter natum: qui diligit: at qui
Illum odit: Virgæ parcit: quæcunq; ferendo.
Sponte puer nolens studiis impendere curam:

Scire minis:ferulaq́ pia/cogendus/acerbis.
Sæpius indociles/tardosq́ monete memento: Indocilis
Impetus:atq́ minæ pueris & uerbera prosunt. Plagæ

Hæc quidem in Mancinelli speculo de moribus habẽtur: pro filio
rum cuiusq́ cura & diligentia excogitata.
Quæ uero sequuntur in Sapphica eiusdem habentur
Ode:ubi consulitur Vxorem ducendam esse.

Quilibet uero superos adoret Filiorũ uo
E/bono longe melior resultet: tum
Vtili deq́ utilior parente
Progenies sit.

Cumq́ sit natus Sapiens parentum
Gloria/æternum decus & uoluptas:
Et deus prolem bene nutrienti
Præmia reddat

Sint & hi multo magis efferendi
Qui suam recte Sobolem parentes Parentes
Nutriunt:q̃ qui genuere solum: chari
Nec docuere:

SitCato nobis grauior sequendus:
Imbuit natum studiis honestis
Ipse: Cumprimum puer esse cœpit Catonis
Aptus eisdem. filius

Filio coram(uelut astitisset
Virgo uestalis)nihil impudice
Dixit/aut fecit Cato:Sic agendum
Consulo cunctis.

EtThemistocles docuit stupenda
Filium:rectum Sonipes gerebat. Themisto
Ex equo rectus iaciebat hastam clis filius
Fortiter audens

Sic Aristides uoluit doceri Aristidis
Filium:quicquid reliqui sciebant. filius
Vnde uirtutum cumulo coæuos
Præstitit omne

De patentum Cura in liberos/finit

¶De liberorum erga parentes Obedientia' honore/& pietate:per Ant.Mancinellum Veliternum.

Ex Quibus Auctoribus.

¶Ex Pythagora In Aureis Versibus, Titulo primo.


Arentes tuos Honora: Et Cognatos claros Homines: Nutrire Parentes decet: Vexare/ & Contumeliam in eos inferre non decet.

Parentes honorandos

¶Ex Hierocle super aureis Pythagoræ uersibus Tit.ii.


N Cæteris uero omnibus maxime parẽtes colemus: eorum corpora curando prompte: & libẽter pecunias suppeditando: Iustum enim: & rectum est: ut ab illis cõmoditatẽ capiant: quos genuerunt/ & nutrierunt. Itaq; neq; laboribus: neq; pecuniis parcere debemus: Immo hæc omnia parẽtibus libenter subiicere & subministrare. Nihil enim relinquere decet: quod ad illorum curam: & quietem pertineat. Tantoq; id magis decorum magisq; honestum fiet: quanto laboriosius fuerit: & seruile. Nam qui hæc læte facit: legem uirtutis seruat: & naturæ charitatem reddit: Talis quidem esse debet: qui parentibus tribuendus est honor.

Parentes nutriẽdos

¶Ex Platone Titulo tertio.


Acere debẽt coram senibus iuniores: cedere illis locum: atq; assurgere: Parẽtes colere. Socrates libro.iiii.de rep. ¶Parentibus quidem fas est: prima & maxima debita persoluere: putare enim quisq; debet: omnia quæ possidet eorum esse: qui genuerunt: & educarunt. ita ut illis hæc ꝑ uiribus quisq; ministrare debeat. Primum quidem externa bona: deinde etiam corporis: postremo: quæ ad animum pertinent. Hæc omnia uidelicet mutuo data persoluens & pro curis: doloribusq; priscis parentum in senecta reddens quando maxime indigent. In uerbis quin etiam per totam uitam parentes uenerari maxime decet: Leuium enim uerborum grauissima iminet pœna: Nam omnibus præposita est Nemesis iudicii Angelus huiuscemodi omnium cõsideratrix: Oportet itaque iratis: animumq; explentibus cedere: seu uerbis: siue rebus id faciant. Non ignorantes patrem iure admodũ filio ualde succensere: si quãdo ab eo iniuriam fieri arbitretur. Mortuis uero pentibus monumenta decentissima fiant: Annuas quoq;

Iuniorum officia

Parentes cibãdi sũt

Verba

Nemesis

Patientia

Sepulcra

Iusta

curas defunctorum instaurare decet: & noua quotidie repetita memoria semp parētes summope honorare: impēdio moderate pro fortūa utētes. Si hæc seruabimus: digna ab diis: cæterisq; natura nostra superiorib' pmia reportabimus. Atheniēsis hospes li.iiii. de legibus.

Parentez pulsans

Quicūq; pulsasse parētes condēnabitur: primū ppetuo exulet: deīde & a sacris oibus arceatur: quibus si minus abstineat: a principib' agri uerberib' & oino utcūq; uoluerint: plectatur & si ab exilio reuertatur: morte peccata luat. Quisqs uero liber cum huiusmodi hoīe comedet aut bibet: uel aliquo pacto una quicq̄ geret aut tanget: aut sponte loquetur: is nec in templū ingrediatur: nec in forum: nec oino in ciuitatem proficiscatur: anteq̄ mundetur: Putare nāq; debet scelerato se commercio contaminatū. Quod si non obtēperauerit: sed ciuitatem & templa inique coinquinet. Quicūq; magistratus fieri hoc senserit: nisi confestim punierit: maximarum iniuriarum reus est habendus. Idem libro nono de legibus.

Percutiē-tis patrez amicus

Parentes negligeř

Parentes negligere: nec deus nec homo mentis cōpos alicui unquā consulet. Existimandumq; est nullum apud deos magis honorandum simulachrum habere nos posse: q̄ patres & auos senio confectos: matresq; similiter. Quibus honoratis Deus gaudet Quocirca qui erga parentes & auos: cæterosq; huiusmodi recte se gerit: is ad deos sibi conciliandos simulacrorum omnium optima possidet. Idem libro. x. de legibus.

Parentes honorandi

Parētum Imprecationes

Oedipus cōtēptus a filiis: ea illis īprecatus est: quæ exaudita effecta que ab diis: apud oēs feruntur. Amyntora quoq; phœnici filio iratū: illi maledixisse ferunt: Et hyppolito Thesea plurimosq; alios aliis: Quibus aptissimum factum est: ab diis pces parentum aduersus filios exaudiri. Nihil enim impcatione parētis nō iniuria perniciosi' filio: Nemo uero quū pater aut mater ab eo contēnitur: tunc solum ab deo putet orationes eorum fm naturam exaudiri: sed quum etiam honoratur: ac ideo quum lætiores bona liberis ab diis petunt: exaudiri eos similiter existimare debemus: Atq; ideo nobis æqua inde distribui: nam aliter in bonis distribuendis iusti nō essent: quod lōge ab diis abesse necesse est. Idem ibidem. Curent igitur filii ne parentum imprecationes recipiant: quod quidem erit. si illos nō negligent: sed amauerint: honorauerint fouerint.

Parētum orōnes.

Deus est iustus

Ex Aristotele. Titulo. iiii.

Sapiens — Primus ille quidem est: ex sese qui omnia nouit
Bonus — Is rursus bonus est: paret qui recta monenti.
Indocilis — Atqui ex se nescit: cuiq; nec porrigit aures
Vt bona percipiat: demens & inutilis est

¶Hæc hesiodi carmina Aristoteles.li.i.Eth posuit.tu ergo fili parentum monitis & disciplinæ obsequiũ præsta:quo bonus atq; sapiẽs: non autem demens & inutilis fias.

¶Et qui trahebatur a filio:sistere iubebat in ostio:se &.n.patrẽ eousq; traxisse dicebat.Idem Aristoteles li.vii.Eth.¶Unde tu fili charis parentibus iniuriam quãpiam caue inferas:Nam ut Terentius scribit: omniũ rerum uicissitudo est hinc & a filiis id recipies/qđ tuis parentibus dederis: Deo id permittente:cui omnia patent & fas & nefas Vnde optime Naso inquit li.i.de arte. — Pater tractus — Vicissitudo

¶Expedit esse deos:& ut expedit:esse putemus
Dentur in antiquos thura:merũq; focos
Nec secura quis illos:similisq; sopori
Detinet:Innocui uiuite:numen adest.

¶Nemo enim unquam dignum reddere potest: sed qui quo ad potest obsequitur:bonus & equus esse uidetur.Qua propter uidebitur:patrem quidem non licere filio abdicare:filium autem patri licere:debentem enim reddere oportet.At quicquid ægerit:nihil unquam iis dignum fecerit:quæ a patre suscæpit:quare semper debet. Idem libro octauo Ethicorum. — Gratus — Parentib⁹ debemus

¶Honorem parentibus ut diis tribuere oportet:Omni quoq; senio ri honor est tribuendus:Assurgendo Locuzue cedendo:& talibus. Idem libro nono Ethicorum. — Parẽtum honor

¶Ex Hieronymo sancto de Officiis
Liberorum erga parentes Tit.quinto.



IN libro Exodi ita scriptum est diuino imperio: Honora patrem tuum:& matrem tuam:sicut præcepit tibi dominus:ut bene sit tibi:Et longæ sis Vitæ super terram.Quã dominus deus tuus tibi dabit.Audite filii salutiferam iussionem: & præcepta legis affectu debiti amoris implete.Seruite patribus futuri patres:Et matres uestras tenera diligite pietate.Nemo patrem asperis uerbis lædat.hoc filiorum ora loquantur:quod parẽtes delectat audire.Præbeatur patribus amori mixta formido: qui prima nobis sunt causa nascendi. Matribus quoq; debitam impendite reuerentiã:quæ in utero pondus uestri corporis tolerarũt. Quid ipsa memorẽ nutrimẽta:& teneræ infantiæ dulces iniurias? itaq; parentibus nemo potest reddere:quod debetur.Irreuerẽs autem filius: quid ab domino expectet Salomonis dicta testantur. Contumeliis afficiens patrem: & Contemnẽs Senectam matris — Parentes honorañ — Verba Timor Matris — filius contumeliosus.

confundetur:& in opprobriis erit. filius derelinquens custodire disciplinam patris meditabitur sermones malitiæ: Maledicenti patrem:& matrem extinguetur lumen: Et pupillæ oculorum eius uidebunt Tenebras. Audi fili patrem: qui te genuit. nec contempseris quia senuit mater tua. Pareat patri lingua: quam genuit. Et matrem suam nemo crudeli uerbo percutiat. Memento scripturæ sanctæ: ubi spiritu sancto loquente dictum est. Qui maledixerit patri: aut matri: morte moriatur. Memento ergo parentum esse: q; talis es: quorum manibus crementa sumpsisti: Sit tibi grata ipsorum salus: quibus charior est uita tua quam Propria: Redde uicem colendæ petatis. Si quicquam sapitis filii: eo animo uidete uenerabiles facies: quo uos ipsi conspiciunt: foueatur parentum senectus: & factis eorum uicissitudo reddatur: habet enĩ quandam Senectus ĩfantiam. hæc ex hieronymo de officiis liberorum erga parentes.

Lingua

Parẽtum Aspectus

Ex. P. Paulo Vergerio. Tit. vi.



Omnino liberalis ingenii primum argumentum est. studio laudis excitari: incendique amore gloriæ. Vnde oritur generosa quædam ĩuidia: & sine odio de laude probitateque contentio. Proximum parere libenter maioribus: nec esse benemonentibus contumaces. Nam ut equi meliores ad pugnam habentur: qui faciles sunt manu regi:& ad tubarum clangorem arrectis auribus exultant. ita qui iuuenum bene audiunt monitoribus:& laudati excitãtur ad bonum: huberis spem frugis ferre præ se uidentur.

Gloria
Obedire
Equi
Obediens

Et quemadmodum Equi cursores meliores habentur: qui dato signo protinus exiliunt: nec calcarium stimulos/aut flagellorum plagas morati subsistunt: ita Adolescentes/ qui constitutis horis ad solita studia intermissaq; paulisper exercitia: Alacres sine monitore redeunt:

Equi
Studiosi

Verecundia in tenella ætate signum optimũ: bene igitur habet: si & obiurgati erubescãt:& castigati fiant meliores. suosq; præceptores amant: nam & disciplinam amari iudicio est.

Pudor
Præceptor

Bonæ indolis iuuenes dicimus: qui effigie ipsa oris & gestu/cæterisq; actibus spem de se bonam polliceri uidentur.

Indoles

Bene præcipiebatur a/Socrate: ut adolescẽtes in speculo suam imaginem crebro contemplarentur: ea. s. ratione/ut hi/quibus inesset speciei dignitas: uitiis illã nõ dehonestarent. Qui uero deformiori

Speculũ

specie uiderentur:formosos se uirtutibus reddere curarent. Senes

¶Senibus ac maioribus natu plurimum reuerentiæ adhiberi conue nit:eosq; parentum prope loco existimare:Qui ergo iuuenes liben ter senibus hærent: nec ab his facile discedunt: a quibus proficere possunt:ii non temere uelle uidentur ætatē uirtute præuenire. honorādi

¶Ante omnia(siquid proficere de doctrinis uolemus) cōgnui sermo nis habenda est ratio. Et curandum ne dum maiora persequimur turpiter in minoribus labi uideamur. ¶Proxime huic disputandi ratio adhibēda est:per quam quid uerum:falsum,ue sit facile argu mentando quærimus. Grāmatica. Dialectica

¶Rhetorica uero tertia est inter rationales disciplinas: per quam arti ficiosa quæritur eloquentia. ¶Proxima huic est poetica: cuius stu dium & si conferre plurimum:& ad uitam & ad orationem potest: ad delectationem tamen magis uidetur accōmodata. ¶Ars uero Musicæ (nam & ea audiētem delectat) magno quodam apud græ cos honore habebatur: Nec putabatur quisquam liberaliter erudi tus:nisi cantu:& fidibus:Quam ob rem Socrates(ut ipse senex didi cit)ita ingenuos adolescentes erudiri in his iussit:¶De numeris ra tio Arithmetica dicta est: ¶De magnitudinibus: quæ Geometria est appellata. ¶Sed & illa quoq; pulcherrima est: quæ de siderum motibus magnitudinibus:ac distantiis pertractat. ¶Maxime uero scientia de natura intellectui humano consona atq; conformis est: per quam multorum quidem possumus causas reddere. Medicina etiam est & cognitu pulcherrima:& ad salutem corporum cōmo dissima. Verum exercitum habet minime liberale. ¶Legum peri tia publice priuatimq; utilis est & magis ubiq; honori habetur: & ipsa quidem a morali philosophia deriuata est: quemadmodum a naturali medicina. ¶Scientia uero diuina est de causis altissimis: & rebus:quæ semotæ a nostris sensibus:quas intelligentia tantū atti gimus. ¶Principales itaq; disciplinas fere connumerauimus om nes:non quo unicuiq; omnes necessario apprehēdendæ sint ut do ctus tādem aut sit aut habeatur: Sed ut ad quam quisq; aptissimus erit eam potissimū amplectatur. De doctrinis autem non uidemur id scire:qđ nō mēoriter scimus: aut nō facile reminisci possumus. Rectorica Poetica Musica Arithmetica Geometria. Astrologia Physica, Medicina Leges Theologia Memoria

¶Proderit autem & de cōmunibus studiis una cum sodalib⁹ crebro conferre:acuit enim ingenium Disputatio linguam erudit:memo riamq; confirmat. Ac non modo multa disputando discimus: sed & que didicimus melius scimus:aptius eloquimur:& firmius recor damur. ¶Sed & alios quoque docendo: quæ scimus non parum & ipsi iuuabimur: Optimum nanq; proficiendi genus est docere. disputatō, Docere Studium

quod didiceris. ¶ Singulis autem diebus statutas horas litteris dabimus: neq; negocio ullo abstrahemur/ Quo minus aliquid quottidia legamus: Nam si Alexander in castris plurimum lectitare solebat: Si Cæsar cum exercitu proficiscens libros scribebat: Et Augustus mutinensi bello rem tantam adortus semper tamen in castris legere/ aut scribere/ quottidieq; declamitare cõsueuerat. Quid poterit urbano ocio interuenire: quod nos diu prorsus ad litterarū studiis auocet? ¶ Primum itaq; præceptum est: idq; potissimum: ut nequis turpis ludus/ aut noxius suscipiatur. Nec nisi quantum aut acuat idustriam aut corporis uires exerceat. Pila/ Venatio/ Aucupium/ Piscatioq;/ & delectatione plurima afficiunt animum: & oim membrorum motu laboreq; confirmant. Sed nec erit quidē indecens cantu: fidibusq; laxare animum: Nam & Pythagoreorum mos hic erat.

Alexāder | Cæsar | Augustus | Ludus | Pila | Lyra

Cultus

¶ Corporis cultus sit decens: Neq; nimium exquisitus: Neq; prorsus neglectus: sed cum rei loco: temporiq;: tum maxime personæ cõueniat. Nimia autem cultus uenustatisq; cura muliebrem animū designat: & multæ uanitatis argumentum est.

¶ Ex magno Basilio. Titulo septimo.



Esiodus inquit: Optimum illum eē: qui per se ipsum (quæ agenda sint) conspicaretur. Sequenti autem gradu: qui aliorum consilia sequeretur. Qui uero ad neutrum horum aptus esset: eū penitus esse inutilem. Hesiodi carmina.

Optimus | Bonus | Inutilis

¶ Optimus ille quidem est: ex sese qui omnia nouit:
Is rursus bonus est: paret qui recta monenti:
At qui ex se nescit: cuiq; nec porrigit aures
Vt bona percipiat: demens & inutilis ille est.

Poetæ

¶ Cum poetæ uarii: multiformesq; sint: non omnibus: que ab ipsis dicuntur: adhibenda est mens: sed quum excellentium uirorum facta: aut dicta commemorãt: Tunc tota mente moueri: atq; inflammari debemus: maximeq; conari: ut tales ipsi simus: quales ille fuere. Quum uero in improborum hominum mentionem incidunt fugienda est illorum imitatio. Auresq; claudendæ non secus atq; ipsum ferunt Vlyssem ad Sirenum cantus: Prauæ enim confabulationes uiæ quædam sunt ad facinora. Vnde quãtum utiliter scriptum fuerit accipientes quæcunq; nocere possunt: declinabimus: Cum sola uirtus & uiuenti: & mortuo stabilis sit: & firma possessio. Qua

Sermo prauus | Virtus

ratione Solon inquit ad diuites: At nos nō permutabimus cū uirtu- Solon
te diuitias: quā uirtus firma est: Diuitias uero alias alius possidet. Diuitiæ

¶Prodicus sophista quodam loco librorum suorum de uirtute ac ui- Prodicus
tiis ait: Herculem (quum adolescens esset) diu secum multumque du- Herculis
bitasse: utram uiam caperet: quum duas uideret: uiam uoluptatis: uiæ
alteram uirtutis. inter ambigendum autem / duas accessisse matro-
nas: Has uero esse: & uirtutem & malitiam. Statim igitur: (& si illæ
silerent) manifestam fuisse diuersitatem illarum: uideri enim alterā
accuratissime ornatam: fluentem delitiis: & omnium uoluptatum
examen post se trahentem. Hanc itaque omnia ostentantem: & mul-
to etiam plura pollicentem: secum trahere Herculem tentauisse. Al- Virtus
teram uero asperam: duram: seuereque intuentem talia e contra di-
xisse: polliceri se nec uoluptatem aliquam nec quietem: sed labores
pericula / sudoresque infinitos / terra marique tolerandos. præmium au-
tem illorum fore / ut ille aiebat Deum fieri: Et hanc demum hercu-
lem secutum fuisse dicit: Et fere omnes: qui modo aliquid in philo-
sophia scripsere: ut quisque maxime potuit: uirtutē laudarunt. Quibus
sane credendum est: conandumque ut in uita nostra id ostendamus.

¶Pericles Atheniensis (quum eum quidam probris lacesseret) nihilo Pericles
est irritatus / neque animo cōmotus: sed per uniuersum diem perseue-
ratum est / cum ille nullo maledicto abstineret: Hic uero tanquam ea
res nihil ad se pertineret contemneret: Vespere autem iam facto: &
tenebris exortis: quum iurgator ille uix eo tempore abire uellet:
Pericles famulo cum lumine accito / prosecutus est ipsum: ut sibi
quam longissima esset hæc ad philosophiam exercitatio. ¶Item
quum quidam iratus Euclidi megarensi necem minaretur: idque se Euclides
facturum esse iuramento firmaret: Euclides contra iurauit se profe-
cto illum placaturum: Effecturumque: Ne sibi infensus foret.

¶Pulsauit quispiam Socratem Sophronisci filium / faciem eius petu- Socrates
lantissime cædens: Socrates uero non repugnauit. sed illius iræ ac
petulantiæ se permisit: donec ei uultus undique tuber fieret. Verum
ubi illius ira satiata est: Socrates quidem nihil aliud ægit: Nisi quod
fronti suæ inscripsit percussoris nomen: quemadmodum statuis fie-
ri solet: ille inquit Hoc opus effecit: nec ulterius ulcisci perrexit.

¶Operæ pretium ergo est aliquod huiusmodi exemplum succurrere Patientiæ
mentibus hominum ira efferuescentium. Hoc denique Socraticum exempla
illi nostro cōuenit: quod monet: ut percutienti maxillam unam / al-
teram porrigamus. Illud uero periclis / aut Euclidis simile est illi:
quo monemur persequentes expectare: & benigne illorum iras to-
lerare: Et inimicis bona precari non autem maledicere.

Alexādri modestia ¶ Haud sane prætereundem est Alexandri Regis memorabile fa-ctum: qui quum Darii filias in captiuis haberet mirum in modum (ut ab omnibus prædicabatur) formosas ne uidere quidem uo-luit: turpe esse ratus: eos qui uiros uicissent/ a mulieribus superari

Aspiciēs Hoc autem illi nostro conuenit: q aspiciens mulierem ad uolu-ptatem: & si rem non consumet: attamen q id cupiat: crimine non caret.

Clinias Iuramētū ¶ Clinias Pythagoræ familiaris: cum posset trium talentorum iactu-ram iureiurando sibi delato effugere: soluere quidem maluit: q̄ iu-rare: quanq̄ sine periurio id facere liceret. Audiuerat ille: ut quidem mihi uidetur præceptum domini iuramenta uetantis.

Corpus, Anima ¶ Non est corpori seruiendum: nisi quantum summa cogit necessi-tas: sed anima bonis artibus imbuenda: & e corporum uinculis: ac passionum societate per philosophiam eximenda.

Diuitiæ ¶ Diuitiarum: ut ait Solon: Nullus est Terminus. Verum ad eam rem Theognide Magistro Vtendum est: Quia ita inquit: Neq; Diui-tias Cupio: neq; uoto præcor: Sed mihi contingat ex paruo uitam agere omni carentem molestia ¶ Oportet autem: ut ego quidem

Diuitiis utendum arbitror nec absentes diuitias optare: nec præsentibus gloriari: nisi quantum scias uti. Sapiēter enim Socrates: qui cum uideret homi-nem diuitiis affluentem: eaq; de causa & fastidio quodam gloria-bundum uadere: non prius inquit te admirabor: q̄ notum mihi fue rit: quo pacto scias uti fortunis tuis. ¶ Hæc ex magno Basilio ex-cerpta quo quidem Adolescentuli facilius recordentur: & imiten-tur ubiq;.

¶ Ex Quinto Curtio.
Titulo octauo.

Matris reuerātia



Cio apud uos: filium in conspectu matris nefas esse con-siderei: nisi quum illa permisit.

¶ Verba sunt Alexandri magni ad Sisinganbin Darii Regis persarum matrem. Libro quinto Curtii. Hinc &

Parens ametur tu fili Persarum more magna cum reuerentia esto apud matrem.

¶ Ex Senechæ prouerbiis.
Titulo nono.



Mes parentem: si æquus est. Si aliter: feras Præstabis paren tibus pietatem: Cognatis dilectionem. Recte parentem & inferiorem laudas: quia pertinet ad gloriam tuam.

¶Ex Diogene Laertio de uitiis phõrum. Tit.x.



Hales: qui primus sapiens uocatus est: Quæcunque alt Stipendia parentibus intuleris, eadem ipse a filiis expecta. — Vicissitudo

¶Solon septem sapientum unus uidetur id præclare statuisse: Siquis parentes non enutrierit: is ignobilis & obscurus esto: Sunt etiam eius monita: Noli malis congredi: Deos honora, Parentes reuerere. — Parens butriatur

¶Pythagoras aiebat. Deos quidem semideis in honore pferendos: hoibus autem heroas: parentes uero hominibus cæteris. — Parẽtum honor

¶Ex Valerio Maximo. Libro. v. c. iiii. de Pietate erga parentes. Titulo. xi.



Oriolanus maximi uir animi: & altissimi cõsilii: Optimeq; de republica meritus: iniquissimæ damnationis ruina pstratus. Ad Volscos infestos tunc Comanis confugit. Magno ubiq; pretio uirtus æstimatur. Itaq; ibi breui summum adeptus est imperium frequenterq; fusis exercitibus Romanis: uictoriarum suaꝝ gradibus aditum iuxta mœnia urbis Volsco militi struxit. Quapropter missi ad eum deprecandum Legati nihil profecerunt. Missi deinde Sacerdotes cum infulis: æque sine effecto redierunt. Stupebat Senatus: trepidabat populus: uiri, pariter & mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater Volumniam uxorem eius, & liberos secum trahens castra uolscorum petiit. quam ubi filius aspexit prope ut amens matris complexum petiit. Illa ex precibus in iram uersa ait: Sine, ut priusq̃ complexum accipiam: sciam: an ad hostem an ad filium uenerim: captiua mater ne in castris tuis sim. In hoc me longa uita: & infelix senecta traxit: ut exulem deinde te hostem uiderem. potuisti populari hanc terram: quæ te genuit: & aluit nisi te peperissem Roma non oppugnaretur. Multaq; insuper addidit complorando: Quibus & uxoris & paruulorum fletibus motus matrem complexus: Expugnasti inquit & uicisti iram meam. patriam precibus huius admotis: cuius utero delatus sum quamuis merito mihi inuisam dono. Continuoq; hostibus armis agrum romanum liberauit: utriusq; parẽtis aspectus bellum atrox salutari pace mutauit. Hæc ex Valerio.

Coriolãi pietas — Virtus æstimatur — Veturia Volũnia — Coriolãi pietas

¶Memor igitur esto fili Coriolani erga matrem pietatis: ut & tu illi

obtemperes.illam honores:illi non displiceas: Verumtamen toto pectore totis uirib⁹ ei placeas:eam foueas:ames: ueneteris.& colas.

T.Manlii pietas

¶Lucio Manlio diem ad populum Pomponius Tribunus plæbis di xerat:q; occasione benefaciendi belli inductus legitimum optinendi imperii tempus excesserat. Quodq; filium optimæ indolis iuuenem rustico opere grauatum/publicis usibus subtraheret. Idque postquam Manlius adolescens cognouit: protinus urbem petiit:& se in Pomponii domum prima luce direxit: qui existimans in hoc eum uenisse: ut patris criminata quo plus iusto aspere tractabatur: deferret.excedere omnes iussit cubiculo: quo licentius remotis arbitris iudicium perageret. Nactus occasionem oportunam proposito suo iuuenis/gladium quem tectum attulerat distrinxit Tribunumque minis ac terrore compulsum iurare coegit/ a patris eius accusatione recessurum.eoque effectum est: ne Manlius pater causam diceret:Commendabilis est pietas quæ mansuetis parentibus præstatur.sed Manlius filius quo horridiorem patrem habuit: hoc periculo eius laudabilius subuenit.qui ad eum diligendum præter: naturalem amorem:nullo indulgentiæ blandimento imitatus fuerat. Hæc ex Valerio.

T.Manli⁹

¶Sed Liuius etiam libro septimo scribit: id laudabilius iuueni fuisse: quod animum eius tanta acerbitas patria nihil a pietate auertisset: quodque non patri modo remissa causæ dictio est: sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. suffragio enim factus est Tribunus militum. Scribit præterea Liuius patrem.L.Manlium: filium uero T.Manlium appellatos.

L.Mant⁹. T.Manli⁹

¶Tu etiam fili parentibus subuenire: uel mansueti: uel horridi fuerint: semper enitere: semper illorum Necessitati succurre: Immo Occurre potius: id enim tibi,& laudi/& honori uti & Tito Manlio fuerit.

Filia matrem lactauit

¶Sāguinis ingēui mulierē/Prætor apud tribunal suū capitali crimīe dānatā/Triumuiro in carcere necandam tradidit. Quā receptam is qui custodiæ præerat misericordia mot⁹: nō ꝓtinus strangulauit Aditumq; ad eam filiæ:sed diligenter excussæ:nequid cibi inferret dedit:existimans futurum:ut inedia consumeretur. Quum autem iam dies plures intercederent secum ipse querens:quidnam esset:q; tam diu substētaretur:curiosius obseruata filia:animaduertit illa m exerto hubere famem matris lactis sui subsidio lenientem quæ tā admirabilis spectacuil nouitas ab ipso ad triumuirum:a triumuiro ad prætorem:a prætore ad consulum iudicium perlata:remissionē pœnæ mulieri impetrauit. Putaret aliquis hoc contra rerum natu-

ram factum:ut mater scilicet huberibus natæ aleretur:nisi dilig ere parentes prima naturæ lex esset.Hæc ex Val. Naturæ lex

¶Notate igitur & filii & filiæ:quanta illa in matrem pietate & charitate usa fuerit:quo & uos in parentes uestros haud impii: sed pientissimi sitis.

¶Vosquoq; fratres memoria complectar:quorum anim⁹ origine fuit nobilior:siquidem admodum humiles in hispania nati:pro parētum alimentis spiritum erogando:specioso exitu uitæ inclaruistis. Duodecim enim millia nūmum:quæ post mortem uestram iis darentur:a filiis patietis pacti estis.Sed etiam strenuo,ac forti exitu claruistis:Eisdem enim manib⁹:patietis ultionem:Epasti pœnam:genitoribus nutrimenta:uobis gloriosa fata peperistis. itaq; tumulis etiam nunc uiuiris:quia parētum senectutem tueri:q̄ uestram pexectare satius esse duxistis.Hec ex Valerio. Hispanorū pietas

¶Si ergo duo predicti fratres obire mortem pro parentum salute & nutrimentis non dubitarunt:Non ne & uos filii filiæque parētum uestrorum necessitatibus opem ferre:ubi nulla sit opus morte uiuēdo debetis?

Ex Iustino.
Titulo.xii.



Imon atheniensis Melciadis filius:patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectum:ibique defunctum:translatis in se uinculis ad sepulturā redemit.Iustinus id scribit.li.ii. Cimonis pietas

¶Præterea ut Aemylius probus inquit:Melciades accusatus est:ꝙ quum paron īsulam expugnare posset:ab Dario rege corruptus īfectis rebus a pugna discessisset:Eo tempore æger erat uulneribus:quæ in oppugnando oppido cæperat:itaq;:quoniam ipse pro se dicere non posset:Verba fecit frater eius Dagoras:causa cognita capitis absolutus:pecunia mulctatus est.Eaq; lis quinquagin ta talentis æstimata est:quātus in classem sumptus factus erat.Hāc pecuniam ꝙ soluere non poterat:in uincula publica coniectus est. ibiq; diem obiit supremum.Hæc scribit Aemylius. Inde autem filius Cimon/ut Iustinus ait:translatis in se uinculis defunctum patrē ad sepulturam redemit:tanta in patrem pietate affectus erat: ¶Tu uero ingratissime fili:ne minimum quidem parentum gratia tædium pati uelles. Verte iam mores:sume Cimonis inclyti pietatem. Ama parentes suggere uictui necessaria.redde quod accæpisti : qs te puerum educauit? uterq; parens.Redde utriq; uicem. Melciades Cimon i carcere

Ex Herodoto.
Titulo.xiii.

Cleobis
Bython



Vum dies festus Iunonis apud argiuos esset: oporteretq; omnino matrem Cleobis & Bythonis (quibus & genus argiuum erat: & uictus suppeditabat: ad hæc corporis robur tantum: ut & in certaminibus ambo pariter uictores extiterint) ad templum ferri bobus iunctis: hiq; boues ex agro eis ad horam præsto non essent: tunc iuuenes exclusi tempore iugum subeũtes plaustrum pertraxerunt: quo mater uehebatur: & quinq; ac quadraginta per stadia trahentes ad templum peruenerunt. Quibus: quum hæc fecissent: & omni cœtu conspecti fuissent optimus obtigit uitæ exitus per quem Deus iudicauit: satius homini esse mori q̃ uiuere: Nam quum circumstantes argiui laudibus tollerent: uiri quidem consilium filiorum: fœmine uero eorum matrem: q; talibus filiis prædita esset. Mater gaudio perfusa: cum liberorum factorum fama: ante simulacrum stans precata est deam: ut Cleobi & bythoni filiis suis daret id: quod optimum esset homini contingere post hanc precationem ubi sacrificauit: epulatiq; sunt: quiescentes in ipso delubro non sunt amplius excitati: sed hoc uitæ exitu perfuncti Quorum effigies tanq̃ uirorum: qui optimi extitissent: argiui factas apud delphos collocarunt. Hæc scribit Herodotus. li.i. historiarum. ¶ Et quoniam historia (ut Cicero: li.ii. de Oratore inquit) testis est temporum: lux ueritatis: magistra uitæ: Vos quidem filii tam pios in matrem Iuuenes imitemini. Non piguit illos quinq; passuum millia & ulterius: sponte matris currum subire & trahere: Cur nam igitur uos parum laboris aut tædii parentum uestrorum obsequio subire, negligitis? Sunt illi ob pietatem (qua usi in matrem fuerant) ab omnibus laudati maxime: effigiesq; apud delphos meruerunt Si & uos pii fueritis erga parentes: laudati semper ut illi & grati eritis.

Mors

Historia
quid

Ex Plynio:
Titulo.xiiii.

Glires
Pietas



Lires genitores suos fessos senecta: alunt insigni pietate. hæc plynius libro octauo. Quid autem sit pietas. M. Tullius pro plantio aperit dicens Quid est pietas: nisi uoluntas grata in parẽtes? Et li.ii. Rh. pietas est per quam sangui ne coniunctis: patriæq; beniuolis officium & diligens tribuit cult⁹

¶Ex Solino Titulo.xv.

EXimia Ciconiis inest pietas: etenim quantum temporis im penderint fœtibus educandis: tãtum & ipse a pullis suis inui cem aluntur. Ita enim impense nidos fouẽt: ut incubitus as siduitate plumas exuant. ¶Hæc Solinus: ubi paulo superius dixerat illa: Aues istas ferunt linguas non habere: sonum autẽ quo crepitant: oris potiusq̃ uocis esse. De Ciconia etiam Iuuenalis Saty ra prima dixit Quæq; salutato crepitat concordia nido. allusit enĩ ad Ciconiam concordiæ dicatã: sub cuius forma colebatur. Quem quidem Iuuenalis locum de Ciconia omnino esse intelligendum: non de Cornice: ut ille dixerat: Ouidius quoq; li. vi. met. innuit his uerbis. Ipsa sibi plaudat crepitante Ciconia rostro. ¶Si ergo Cico nia tanta utitur pietate in educandis parentibus: illosq; etiã oris so nitu in nido salutat. Quidnam tu homo dei simulacrum: impius es in parentes tuos? Quid te illos aduenientem salutare piget?

Ciconiæ pietas

Ciconiæ sonus

Iuuenalis locus

Ciconiæ sonus

¶Inter Catinam & Syracusas certamen est de illustrium fratrum me moria: quorum nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinẽses audiamus: Anaphas & Amphinomus. Si quod malunt Syracusæ: mantiam putabimus: & Critonem: Catinensis tamen regio causaʒ dedit facto. In quam se quum incendia ætnæ protulissent, Iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flammas ille si ignibus. Ho rum memoriam ita posteritas uenerata est: ut sepulchri locus nomi naretur campus piorum. Hæc Solinus ubi de Sicilia loquitur.

Siculoꝶ pietas

Campus piorum

¶Quocirca & uos filii Siculorum fratrum pietatis memores: parẽ tibus uestris opem ferre cunctis in rebus ultro conari debetis.

¶Ex Aulo Gellio. Titulo. xvi.

TAuri philosophi sententia fuit: In publicis locis: atq; mune ribus: atq; actionibus patrum iura cum filiorum (qui in ma gistratu sunt) potestatibus collata: inter quiescere paululuʒ & conniuere. Sed quum extra rempublicam in domestica re: atq; uita sedeatur: ambuletur: in conuiuio quoq; familiari discũ batur: tum inter filium magistratum: & patrem priuatum: publicos Honores cessare: naturales & genuinos exoriri. Hæc ex Gellio li bro secundo: capitulo secundo.

Fili⁹ magistratus. Pr̃ priuatus

¶Itaque si maxima est habenda parentibus Reuerentia ab his etiam filiis: qui magistratum gerunt: Vbicunque extra Rempublicam in locis quidem priuatis fuerint: quanto maior haberi debet abs te priuato?


¶Quæri solitum est in philosophorum disceptationibus: an semper inq; omnibus iussis patri parendum sit: Sententia optima atq; tutis

Parẽtib⁹ an parendum

sima uisa est: In quibusdam parendum: Quibusdam non obsequendum: Sed ea tamen: quæ obsequi non oportet: leniter & uerecūde ac sine detestatione nimia: sineq; opprobratione acerba reprehensionis/ declinanda sensim: & relinquenda esse dicunt: q̄ respuenda. Omnia autem quæ in rebus humanis fiunt: sicuti docti censuerunt: aut honesta sunt aut turpia. Quæ sua ui recta aut honesta sunt: ut fidem colere: ut patriam defendere: ut amicos diligere: ea fieri oportet: siue imperet pater: siue non imperet. Sed quæ iis contraria: quæq; turpia & omnino iniqua sunt: ea ne si imperet quidem. Hæc ex Gellio, li. ii. c. vii.

Res humanæ:

Ex Salomone in prouerbiis. Tit. xvii.

Filius obediens

Vdi fili mi disciplinam patris tui: Et ne dimittas legē matris tuæ: ut addatur gr̄a capiti tuo: Et torquis collo tuo.

Filius sapiens

❡Filius sapiens lætificat patrem: Filius uero stultus mæstitia est matris suæ.

❡Dolor patris: filius stultus.

Filius iniquus

❡Qui affligit Patrem: & fugit Matrem: ignominiosus erit/ & infelix.

❡Qui maledicit patri suo/ & matri: extinguetur lumen eius in mediis tenebris.

❡Ex Ecclesiastico Titulo decimo octauauo.



filius reuerens

Parētibus seruiendū

Vi honorat patrē suū/ iucundabit in filiis: & in die orationis suæ exaudiet. Qui honorat patrem suū uita uiuet longiore. Qui timet dn̄m: honorat parētes & q̄si dn̄is seruiet his: qui eū genuerūt: In ope & i sermone: & oi patiētia Honora pr̄em tuū: ut supueniat tibi benedictio a/ deo. Bn̄dictio patris firmat domos filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta: Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim tibi gloria sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui: Et dedec⁹ filii pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui: Et non cōtristes eum in uita illius. Elemosyna enim patris/ non erit in obliuiōe. Quam malæ famæ est: qui derelinquit patrem. Et est maledictus a deo qui exasperat matrem.

Maledictio

Filii gl̄ria

Filius prauus

❡Ex Paulo Apostolo. Titulo decimo nono.



Filiorum obediētia

Ilii obedite parentibus uestris in domino: hoc enim iustum est. honora patrem tuum & matrem tuam: ut bene sit tibi: & sis longæuus super terrā. Paulus in ep̄la ad Ephesios.

❡Ex Matthæo euangelista Titulo. xx.



Honora parentes

Am deus dixit: Honora patrem: & m̄rem: & q maledixerit Patri: uel Matri: morte moriat. Christus in Matthæo.

❡Ex Virgilio. Tit. xxi.


Ia agē chare pater ceruici imponere nostræ:
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit.
Quo res cunq; cadent: unum/ & cōmune periclum/
Vna salus ambobus erit.
Ascanium: Anchisenq; patrem: teucrosq; penates.
Commendo sociis. Aeneæ uerba sunt apud Maronem li. ii. æn.

Aeneæ pietas

¶ Incēsa troia græcorū flāmis/ Anchisæ troiani filiꝰ Aeneas: q ut homerꝰ scribit. li. xi. iliados: ę/ troianis uelut Deꝰ a/ pp̄lo in honore hēbaſ: tāta erga parētē pietate/ & charitate tenebaſ; ut humeris illū gerēs (& si clarissimꝰ erat) ex hostibꝰ & ī cēdio liberarit. quo qdē labore (ut aiebat) nil grauabaſ. Que eni spōte/ aioq; libēti aguntſ: & si difficilia sint: fiūt leuia. Hinc nr̄o ī speculo illud: Si facis iuitꝰ: leuiores aspa fiet: Res dura appet mollis: si spōte labores. Scripsit autē id Mātuanꝰ poeta de tāti uiri pietate ī p̄rem: Vt & te quoq; doceret parētum obsequio: & saluti paratissimum fore: omni loco: & tempore: ubi & quando tuo studio: tua opa: tuo præsidio indiguerint.

Aeneas

Inuitus

Volens

¶ Vnum oro: genitrix priami de gente uetusta
Est mihi: quam miseram tenuit non ilia tellus
Mecum excedentem: non mœnia regis acestæ.
Hanc ego nunc ignaram huius: quodcunq; pericli est:
Inq; salutatam linquo: Nox: & tua testis
Dextera: q; nequeam lachrymas perferre parentis.
At tu oro solare inopem: & succurre relictæ:
Hanc sine me spem ferre tui: hac audentior ibo
In casꝰ oīs. Euryali uerba sūt ad ascāiū apd eūdē maronē. li. ix. æn.

Euryali pietas

¶ Obsidētibꝰ nouā troiā ī latio rutulis ardeæ pp̄lis turno duce: nāq; Aeneas ad Euādrū arcadiū regē petēdi auxilii grā pfectꝰ erat: q arcadia pfugꝰ pallāteū urbē ī palatino monte ædificauerat: Ascaniꝰ ēt puer a: p̄re ī troia relictꝰ cū troianis pceribꝰ nocte media de mittēdo ad patrē nūtio cōsultabat. Tū nysus: & una euryalus amicissimi q; dē: ultro sese ad æneā nūtios obtulerāt. Et qa p hostiū castra eos nō sine apto piculo trāsiſ oporteret: Euryalus pene puer sūma ī matrē pietate ductꝰ: illā ascāio cōmēdauit: Ingēs iter cætera: Vnū oro: Solare iopē matrē: Succurre a me relictæ: Hac hīta spe audētior ibo ī oīs casus: ī oē piculū. Quibꝰ sane uerbis quāta ī matrē charitate Euryalus afficereſ: ostēdit. Noluit enī illic discedere priusq̄ ipse Ascaniꝰ debitā mr̄is curā suscipe ei pmitteret: quo ipetrato exultās abiit.

Euriali pietas

¶ Sed q̄ tibi: q̄ huic: q̄ illi parētū curaꝰ mīma īmo nulla. Eos enī relinqtis nulli ascanio cōmēdatos: oīumq; egenos. Cauete obsecro filii tale crimē: & scelꝰ eiusmodi: libētiq; aīo & hilari uultu honorate & nutrite: q uos gēuerūt q uos bēigne: r̄ligioseq; educarūt: & istruxerūt.

00564359 4


CB